DISSERTATIO INAUGURALIS LIPSIENSIS.

DE CONDICIONE, JURE, JURISDICTIONE SOCIORUM ATHENIENSIUM

SCRIPSIT

ARTHUR FRAENKEL,
LIVONUS.

ROSTOCHII.
TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.
MDCCCLXXVIII.

GUSTAVO BUNGIO

AMICO CARISSIMO

AUCTOR VENERABUNDUS.

De condicione, jure, jurisdictione sociorum Atheniensium.

§ 1.

In jus et jurisdictionem, qua uterentur Atheniensium socii temporibus societatis prioris, cum paullo subtilius inquirerem, diligenterque perscrutarer, qualis fuisset eorum rerum publicarum status, hic mihi locus satis dignus visus est, qui denuo tractaretur. Nam viros doctos magnopere de hac re inter se dissentientes non concesserim, hanc quaestionem ad finem perduxisse. Peritissimi antiquitatis graecae viri, Kirchhoffius et Koehlerus, qui, quomodo Atheniensium societas prior orta sit atque adulta, summa exposuerunt sagacitate et diligentia, de jure et jurisdictione sociorum Atheniensium non disputaverunt. Accedit quod titulum, in quo agitur de pacto Atheniensium cum Phaselitis, Koehlerus multo rectius (a. 1873, VII. vol. Hermae), quam ante eum Boeckhius edidit; quo titulo adhibito atque ceteris locis, in quibus agitur de sociorum Atheniensium jure et jurisdictione, diligenter pensitatis spero fore ut in hac quaestione solvenda aliquid proficiam.

Ac primum virorum doctorum varias de jure et jurisdictione sociorum Atheniensium quam brevissime exponam sententias, ut, qua de re agatur, lector statim videat. Et Boeckhius quidem de ea re haec disseruit (Staatsh. I, 528): „Die immerwährenden Bundesgenossen theilen sich in selbstständige (αὐτόνομοι) und unterwürfige (ὑπήκοοι). Ohne Zweifel hatten die ersteren, um von dem Unterschiede der beiden

das wichtigste zu nennen, die volle Gerichtsbarkeit; die unterwürfigen müssen in Athen ihr Recht verfolgen." — p. 531: „Aber bei der Entlegenheit vieler Länder konnte unmöglich jede Kleinigkeit in Athen anhängig gemacht werden; man muss annehmen, dass jeder unterwürfige Staat eine niedere Gerichtsbarkeit hatte, Athen nur die höhere; wie sollte man von Rhodus oder Byzanz wegen eines Rechtshandels von 50 oder 100 Drachmen nach Athen gereist sein? In Privatsachen war vermuthlich eine Summe bestimmt, über welche das bundesgenössische Untergericht nicht entscheiden konnte; grössere Geldsachen kamen nach Athen; daher durch den Gerichtsbann der höhere Ertrag der Prytaneien, die nur bei Privatsachen erlegt wurden. Weit wichtiger aber für die an Freiheit gewöhnten Hellenen, wie für alle freien Bürger, sind die öffentlichen und peinlichen Sachen: diese entschied Athen gewiss grossentheils, und die wenigen bestimmten Angaben, welche uns aufbehalten sind, beziehen sich auf solche Rechtshändel." — p. 529, Anmerk.: „Die Grammatiker begreifen, einer sogar mit Berufung auf Aristoteles, diese Rechtshändel unter den δίκαις ἀπὸ συμβόλων. Inwiefern sich jene Behauptung rechtfertigen lasse, zeigt Schömann Att. Proc. p. 777 sq. Auf jeden Fall war das Verhältnis der unterwürfigen Bundesgenossen zu Athen in Ansehung der Gerichtsbarkeit von dem gewöhnlichen Begriff der δίκαι ἀπὸ συμβόλων verschieden, da letzterer eine gewisse Reciprocität enthielt: und wenn Bürger unterwürfiger Staaten gegen eben solche und gar gegen ihre eigenen Mitbürger in Athen Recht suchen mussten, so konnte auf diese Abhängigkeit der Ausdruck nur sehr missbräuchlich und gezwungen angewandt werden. Aus älteren Quellen geht nicht hervor, dass dies Verhältnis unter den δίκαι ἀπὸ συμβόλων begriffen gewesen."

Platnerus (Proc. u. Klag. b. d. Attik. I, 110) hanc Boeckhii sententiam „sociorum causas non fuisse δίκας ἀπὸ συμβόλων" impugnat, immo vero contendit, omnes sociorum causas appellatas esse δίκας ἀπὸ συμβόλων. Schoemanno autem (Att. Proc. 779, Ath. Verfass.-Gesch. p. 88) persuasum est,

omnes sociorum causas appellatas esse δίκας ἀπὸ συμβόλων, tamen non ex pactis instructas esse, sed haec speciosa verbis, re inania et subdola fuisse, cum ab Atheniensibus servitium libertatis imagine tegeretur: „Indessen wie die Athener ihre Unterthanen fortwährend mit dem freundlicher lautenden Namen „σύμμαχοι“ benannten, warum sollten sie auch nicht für jenen Gerichtszwang den milde klingenden Ausdruck „σύμβολα“ gebraucht haben?“

Contra Grotius magis Boeckhii sententiam secutus est; dicit enim (III, 347 deutsche Ausg.): „Die Prozesse der Bundesgenossen, die sie zu Athen führen mussten, sind nicht in Folge von Verträgen geführt, auch nicht δίκαι ἀπὸ συμβόλων genannt worden, sondern dieser Name ist erst in der zweiten athenischen Symmachie für die Prozesse der Bundesgenossen gebraucht worden.“

Denique in commentatione: „de jure et condicione sociorum Atheniensium“, nuperrime emissa *), Christensenus impugnat id, in quo reliqui omnes consentiunt: primum contendit, duo sociorum genera αὐτονόμων et ὑπηκόων, quae statuit Boeckhius, non dissimili fuisse condicione, deinde efficere studet, longe majorem partem sociorum Atheniensium neque legibus neque decretis Atheniensium coactam fuisse, Athenis ut causas ageret.

Jam omnes facile intellegunt, quinam loci nobis sint perscrutandi:

1) quaerendum: quot sociorum Atheniensium genera fuerint?
2) utrum omnes socii Atheniensium agere debuerint causas Athenis necne?
3) utrum eae causae, quas aut omnes, aut pars sociorum agere deberent Athenis, omnes an certa tantum earum pars δίκαι ἀπὸ συμβόλων appellatae sint?

Quare ratione ac via progredientibus nobis disputationis cursus hic erit: primum quaeremus, quot sociorum Athenien-

*) In libro qui inscribitur: opuscula philologica ad J. N. Madvigium missa. Hauniae 1876. p. 1—20.

sium genera fuerint, atque — ut haec praecipiamus — duo fuisse sociorum genera, αὐτονόμων et ὑποτελῶν, ubi demonstraverimus, investigandum nobis erit, quaenam libertatis condicio ac rerum publicarum status fuerit:

1) sociorum αὐτονόμων,
2) sociorum ὑποτελῶν.

Tum demum indagandum nobis erit, quod fuerit jus et jurisdictio:

1) sociorum αὐτονόμων,
2) sociorum ὑποτελῶν.

§ 2.

Quaerentibus nobis, quot fuerint sociorum Atheniensium genera, proficiscendum est a Thucydidis loco I, 97, 1: „ἡγούμενοι δὲ αὐτονόμων τὸ πρῶτον τῶν ξυμμάχων καὶ ἀπὸ κοινῶν ξυνόδων βουλευόντων τοσάδε ἐκῆλθον πολέμῳ (sc. οἱ Ἀθηναῖοι)“: quibus ex verbis sequitur, ut initio societatis omnes socii fuerint αὐτόνομοι. Sed paullatim singulae urbes foederatae, cum defecissent ab Atheniensibus, bello devictae atque subactae sunt: Thuc. I, 96, 4: „Ναξίοις δὲ ἀποστᾶσι μετὰ ταῦτα ἐπολέμησαν καὶ πολιορκίᾳ παρεστήσαντο. πρώτη τε αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐδουλώθη, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστη ξυνέβη.“ Omnes autem urbes illas — praeter Lesbios et Chios — in servitutem ita esse redactos (ἐδουλώθησαν), ut autonomia privarentur, docet nos cum Thuc. III, 10, 5. 6: „ἀδύνατοι δὲ ὄντες καθ' ἓν γενόμενοι διὰ πολυψηφίαν ἀμύνεσθαι οἱ ξύμμαχοι ἐδουλώθησαν πλὴν ἡμῶν καὶ Χίων· ἡμεῖς δὲ αὐτόνομοι δὴ ὄντες καὶ ἐλεύθεροι τῷ ὀνόματι ξυνεστρατεύσαμεν“ — ubi αὐτονόμους εἶναι opponitur verbo δουλωθῆναι —, tum Thuc. III, 11, 1: „καὶ εἰ μὲν αὐτόνομοι ἔτι ἦμεν ἅπαντες, βεβαιότεροι ἂν ἡμῖν ἦσαν μηδὲν νεωτεριεῖν· ὑποχειρίους δὲ ἔχοντες τοὺς πλείους, ἡμῖν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλοῦντες etc. . . .“ Quae verba ita interpretanda sunt: „Quod si jam omnes adhuc essemus αὐτόνομοι, certior nobis esset fides, non eos novi quicquam molituros esse; nunc autem non omnes sunt αὐτόνομοι, sed plerique sociorum subjecti Atheniensium imperio (ὑποχείριοι)“;

qua re illos, qui subjiciebantur, autonomiam non obtinuisse apparet. Praeterea ex Thucydidis verbis III, 11, 2: „αὐτόνομοί τε ἐλείφθημεν“ (αὐτόνομοι relicti sumus) colligendum est, ceteros socios non servasse autonomiam. Deinde in Thuc. libr. VI, 85, 2 opponuntur socii αὐτόνομοι illis, qui non sunt αὐτόνομοι: „ἀπιστεῖν δὲ οὐ χρή· καὶ γὰρ τοῖς ἐκεῖ ξυμμάχοις ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς χρημάτων βιαιότερον φορᾷ, ἄλλους δὲ καὶ πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας, καίπερ νησιώτας ὄντας καὶ εὐλήπτους“.

Duo igitur fuisse sociorum Atheniensium genera Thucydides testatur:

1) alterum genus sociorum αὐτονόμων,

2) alterum genus sociorum non αὐτονόμων.

Socii αὐτόνομοι — initio belli Peloponnesiaci duae tantum insulae, Chius et Lesbos (Thuc. III, 10, 5: οἱ ξύμμαχοι ἐδουλώθησαν πλὴν ἡμῶν [Λεσβίων] καὶ Χίων) — eandem sibi servarant conditionem libertatis, qua initio societatis omnes socii usi sunt.

Socios „non αὐτονόμους“ a Thucydide ejusque aequalibus appellatos esse „ξυμμάχους ὑπηκόους“ Boeckhius dixit; quam sententiam nuperrime impugnavit Christensenus, qui non solum socios „non αὐτονόμους“, sed etiam socios „αὐτονόμους“ a Thucydide socios „ὑπηκόους“ appellari contendit, Thucydidemque certe, illorum temporum aequalem, quattuor locis ὑπηκόων nomine omnes socios imperio Atheniensium obnoxios comprehendere. Quam ob rem in hanc quaestionem diligentius inquiramus.

Sentontiam suam probare studet Christensenus praeter ceteros hoc Thucydidis loco (VII, 57, § 2 sq.): „Ἀθηναῖοι μὲν § 2.
αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακοσίους ἑκόντες ἦλθον, καὶ αὐτοῖς τῇ αὐτῇ φωνῇ καὶ νομίνοις ἔτι χρώμενοι Λήμνιοι καὶ Ἴμβριοι καὶ Αἰγινῆται, οἳ τότε Αἴγιναν εἶχον, καὶ ἔτι Ἑστιαιῆς, οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες, ἄποικοι ὄντες, ξυνεστράτευσαν· τῶν δὲ ἄλλων
οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, εἰσὶ δ' οἳ καὶ § 3.
μισθοφόροι ξυνεστράτευον. καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτε- § 4.
λῶν Ἐρετριῆς καὶ Χαλκιδῆς καὶ Στυρῆς καὶ Καρύστιοι ἀπ' Εὐβοίας

ἦσαν, ἀπὸ δὲ νήσων Κεῖοι καὶ Ἄνδριοι καὶ Τήνιοι, ἐκ δ' Ἰωνίας Μιλήσιοι καὶ Σάμιοι καὶ Χῖοι. τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνέσποντο. καὶ τὸ πλεῖστον Ἴωνες ὄντες οὗτοι πάντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων πλὴν Καρυστίων (οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες), ὑπήκοοι δ' ὄντες καὶ ἀνάγκῃ ὅμως Ἴωνές γε ἐπὶ
§ 5. Δοριέας ἠκολούθουν. πρὸς δ' αὐτοῖς Αἰολῆς, Μηθυμναῖοι μὲν ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι, Τενέδιοι δὲ καὶ Αἴνιοι ὑποτελεῖς. οὗτοι δὲ Αἰολῆς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς τοῖς μετὰ Συρακοσίων κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο, Πλαταιῆς δὲ καταντικρὺ Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς μόνοι
§ 6. εἰκότως κατὰ τὸ ἔχθος. Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι Δωριῆς ἀμφότεροι, οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι, Κυθήριοι, ἐπὶ Λακεδαιμονίους τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον, Ῥόδιοι δέ, Ἀργεῖοι γένος, Συρακοσίοις μὲν Δωριεῦσι, Γελῴοις δὲ καὶ ἀποίκοις ἑαυτῶν
§ 7. οὖσι, μετὰ Συρακοσίων στρατευομένοις, ἠναγκάζοντο πολεμεῖν. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κεφαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι αὐτόνομοι μέν, κατὰ δὲ τὸ νησιωτικὸν μᾶλλον κατειργόμενοι, ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν οἱ Ἀθηναῖοι, ξυνείποντο· Κερκυραῖοι δὲ οὐ μόνον Δωριῆς, ἀλλὰ καὶ Κορίνθιοι σαφῶς ἐπὶ Κορινθίους τε καὶ Συρακοσίους, τῶν μὲν ἄποικοι ὄντες, τῶν δὲ ξυγγενεῖς, ἀνάγκῃ μὲν ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς, βουλήσει δὲ κατὰ ἔχθος τὸ Κορινθίων οὐχ ἧσσον
§ 8. εἵποντο. καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐκ Ναυπάκτου καὶ ἐκ Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν. καὶ ἔτι Μεγαρέων φυγάδες οὐ πολλοὶ Μεγαρεῦσι Σελινουντίοις οὖσι
§ 9. κατὰ ξυμφορὰν ἐμάχοντο. τῶν δὲ ἄλλων ἑκούσιος μᾶλλον ἡ στρατεία ἐγίγνετο ἤδη. Ἀργεῖοι μὲν γὰρ οὐ τῆς ξυμμαχίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς Λακεδαιμονίων τε ἔχθρας καὶ τῆς παραυτίκα ἕκαστοι ἰδίας ὠφελίας Δωριῆς ἐπὶ Δωριέας μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν, Μαντινῆς δὲ καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι, ἐπὶ τοὺς ἀεὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους εἰωθότες ἰέναι, καὶ τότε τοὺς μετὰ Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας οὐδὲν ἧσσον διὰ κέρδος ἡγούμενοι πολεμίους, Κρῆτες δὲ καὶ Αἰτωλοὶ μισθῷ καὶ οὗτοι πεισθέντες. . .
§ 10. . . . καὶ Ἀκαρνάνων τινὲς ἅμα μὲν κέρδει, τὸ δὲ πλέον Δημοσθένους φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ ξύμμαχοι ὄντες ἐπεκούρησαν.
§ 11. καὶ οἵδε μὲν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ὁριζόμενοι."

Quo de loco sic disputat (p. 3): „Thucydidis libr. VII, cp. 57, ubi copiae Atheniensium in Sicilia recensentur, ipsis

Atheniensibus ex urbe et ex cleruchiis commemoratis, aperte § 3 οἱ ὑπήκοοι opponuntur τοῖς ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτονόμοις et τοῖς μισθοφόροις: deinde socii ex illo τῶν ὑπηκόων genere enumerantur: primum Iones, tum Aeoles, postremo Dores, ita quidem, ut et ii nominentur, qui φόρου ὑποτελεῖς erant (Eretrienses, Chalcidenses, alii — Tenedii, Rhodii) et ii, qui οὐχ ὑποτελεῖς erant φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες: inter Iones Chii, qui postea cum ceteris Ionibus iterum ὑπήκοοι dicuntur, ex Aeolia stirpe Methymnaei: ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι. Septima demum paragrapho Thucydides ad liberos socios (αὐτονόμους) et ad mercenarios pervenit. Rectissime igitur Madvigius in § 4 verbum, quod est αὐτόνομοι, post παρέχοντες sustulit.“ Primum agitur de verbis § 4: „τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνέσποντο.“ Verbum αὐτόνομοι Madvigius ejecit, Stahl in αὐτοὶ μόνοι (quod quidem sensum praebet non aptum) mutavit, „quia antea dictum sit initio § 4: „οὗτοι πάντες . . . . ὑπήκοοι ὄντες,“ atque in ὑπηκόων genere etiam Chii enumerentur.“ Sed conferendus est locus Thucydidis VI, 85, 2: „καὶ γὰρ τοῖς ἐκεῖ ξυμμάχοις ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους,“ ubi Chios atque Methymnaeos eo tempore, quo orator Atheniensis loquitur, socios αὐτονόμους fuisse, disertis verbis dicit Thucydides. Iam vero haec oratio ad Camarinaeos anni 17 belli Peloponnesiaci initio hiemis habita est; (— nam non multo post hiemem ingruisse Thucydides dicit VI, 88, 5: „τόν τε χειμῶνα μεθορμισάμενοι ἐκ τῆς Νάξου ἐς τὴν Κατάνην,“ deinde libr. VI, 93, 4: „καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ ἕβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν“ —): duobus annis post socii illi, qui libr. VII cp. 57 enumerantur, Syracusas coacti erant. Sed cum Thucydides neque Chiis neque Methymnaeis Athenienses eripuisse autonomiam commemoret, servasse Chios et Methymnaeos eundem civitatis statum libertatisque condicionem pro certo affirmare licet; praesertim cum reputemus, nullam fuisse causam, cur sociis omnium fidelissimis Athenienses autonomiam adimerent, nisi illi defecissent; quod quidem eo

tempore, quo Athenienses Syracusas expugnare intenderent, summi fuisset momenti; neque Thucydides sociorum potentissimorum defectionem atque bellum inde oriens silentio praeteriisset. Accedit quod libr. VIII cp. 14, 2 dicit: „ἀφίστανται Χῖοι Ἀθηναίων,“ et cp. 22, 2: „Μήθυμναν ἀφιστᾶσι“ (vigesimo belli Peloponnesiaci anno); quibus ex verbis Chios et Methymnaeos antea non defecisse concludendum est. Quibus de causis id nobis debet esse persuasum, Chios et Methymnaeos etiam eo tempore, quo eorum naves et copiae Syracusas coactae erant, fuisse αὐτονόμους: quare verbum αὐτόνομοι post παρέχοντες retinendum est.

Totus autem locus sic intellegendus est: Thucydides § 3 tria dicit fuisse auxiliorum Atheniensium genera: 1) σύμμαχοι ὑπήκοοι, qui enumerantur §§ 4—6, 2) οἱ ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, qui enumerantur §§ 7 et 8, 3) μισθοφόροι, qui enumerantur §§ 9 et 10. Socii ὑπήκοοι, cum Atheniensibus conjuncti societatis vinculo arctiore, quam ceteri, Atheniensibus in omnibus rebus ad bellum pertinentibus obedire debebant: quam ob rem „ὑπήκοοι“ (zum Gehorsam verpflichtet) appellabantur. Quorum nonnulli autonomiam, qua ante utebantur omnes, sibi servarant, naves autem praebere debebant, quam ob causam merito ac jure Thucydides „αὐτονόμους“ eos appellat. Reliqui, qui autonomiam sibi non servarant, tributum pendebant, quam ob rem a Thucydide „ὑποτελεῖς“ appellati sunt.

Nulla est igitur difficultas in verbis § 4: Thucydides, cum socios „ὑπηκόους καὶ φόρου ὑποτελεῖς“ enumeret secundum gentes sive regiones, unicuique genti tribuit socios, qui in hanc gentem referebantur, non solum „ὑποτελεῖς“ et „non αὐτονόμους“, sed etiam „αὐτονόμους“. Errant igitur Madvigius et Stahl, quod verba „Χῖοι αὐτόνομοι“ non congruere arbitrantur cum antecedentibus: „τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν“: quamquam enim erant Chii ὑπήκοοι, id est arctiore societate cum Atheniensibus vincti belloque obedientes, tamen, cum autonomiam sibi servassent, αὐτόνομοι erant. Etiam tribus aliis Thucydidis locis omnes socii, qui cum Atheniensibus conjuncti

erant societate arctiore, significantur verbo ὑπήκοοι: Thuc. VI, 22, 1: „ὁπλίτας τε οὖν πολλούς μοι δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς ἄγειν καὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων, τῶν τε ὑπηκόων καὶ ἤν τινα ἐκ Πελοποννήσου δυνώμεθα ἢ πεῖσαι ἢ μισθῷ προσαγαγέσθαι“: ubi opponuntur socii, qui cum Atheniensibus societate perpetua conjuncti iis bella gerentibus obedire debebant, sociis illis, qui obedire non debebant, quippe qui non essent conjuncti cum Atheniensibus societate perpetua; eademque est verbi ὑπήκοοι significatio in Thuc. VI, 43: „ξύμμαχοι δὲ οἱ ἄλλοι ξυνεστράτευον, οἱ μὲν τῶν ὑπηκόων, οἱ δ' Ἀργείων πεντακόσιοι καὶ Μαντινέων καὶ μισθοφόρων πεντήκοντα καὶ διακόσιοι“: neque aliter verbum ὑπήκοον intelligendum est in Thuc. libr. VI, 69, 3: „Ἀργεῖοι δὲ καὶ τῶν ξυμμάχων οἱ αὐτόνομοι ξυγκτήσασθαί τε ἐκείνοις ἐφ' ἃ ἦλθον καὶ τὴν ὑπάρχουσαν σφίσι πατρίδα νικήσαντες πάλιν ἐπιδεῖν· τὸ δ' ὑπήκοον τῶν ξυμμάχων μέγιστον μὲν περὶ τῆς αὐτίκα ἀνελπίστου σωτηρίας, ἢν μὴ κρατῶσι, τὸ πρόθυμον εἶχον, ἔπειτα δὲ ἐν παρέργῳ καὶ εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψάμενοι ῥᾶον αὐτοῖς ὑπακούσονται“: nam „τῶν ξυμμάχων οἱ αὐτόνομοι“ iidem sunt, qui libr. VII cp. 57, 3 appellantur: „οἱ ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι“ (Corcyraei, Cephallenes, Zacynthii etc.); „τὸ δὲ ὑπήκοον τῶν ξυμμάχων“ sunt socii arctiore societate cum Atheniensibus conjuncti iisque bella gerentibus obedientes, quorum in numero erant etiam Chii et Methymnaei, qui autonomiam sibi servarant.

Quam ob rem hac de re Christenseno assentior, omnes socios, arctioris societatis vinculo cum Atheniensibus conjunctos belloque obedientes, appellatos esse „ὑπηκόους“, neque Boeckhii sententiam „sociis αὐτονόμοις opponi a Thucydide socios ὑπηκόους“ probandam esse censeo; sed id mihi persuasum est, sociorum arctioris societatis vinculo cum Atheniensibus conjunctorum militiaque obedientium (i. e. ὑπηκόων) duo fuisse genera 1) αὐτονόμων, 2) non αὐτονόμων, atque genera illa a Thucydide (et ob hanc causam etiam ab ejus aequalibus) distingui nominibus; Thucydides enim socios non αὐτονόμους appellat „ὑποτελεῖς“: 2, 9, 4: „καὶ ἄλλαι πόλεις αἱ ὑποτελεῖς οὖσαι ἐν ἔθνεσι τοσοῖσδε“.

Duo igitur sociorum ὑπηκόων genera distingui a Thucydide arbitror

1) socios αὐτονόμους,
2) socios ὑποτελεῖς (non αὐτονόμους).

§ 3.

Socii αὐτόνομοι, quamvis Atheniensibus bella gerentibus essent obedientes*), ceteroquin in ea, quam a majoribus acceperant, libertate permanserant, id quod ex Mytilenaeorum oratione ad Peleponnesios habita merito ac jure colligi licet (Thuc. III, 9—14). Nam orator Mytilenensis, cum Athenienses accusare atque Mytilenaeos de defectione quovis modo excusare sibi proposuerit, nullam aliam afferre potest defectionis causam, nisi quod Mytilenaei metuebant, ne ipsi, sicut alii, ab Atheniensibus privarentur libertate (αὐτονομία): quamquam, si Athenienses eripuissent iis libertatis partem ullam, orator Mytilenensis certe de hac re graviter eos accusavisset. Quam ob rem Christensenus non leviter errat, cum dicit: „et per se patet αὐτονομίας nomen ex ipsa origine imperii Atheniensium ambiguitatem quandam duxisse, ita ut Athenienses vel sociis blandiendi causa vel ut nomen speciosum imperio suo praetenderent, eo nomine potuerint eos appellare, quorum condicio non prorsus eadem quae ceterorum esset, quique et sibi et ceteris sociis viderentur speciem quandam plenae libertatis retinuisse.“ Non solum libertatis speciem, sed libertatem ipsam socios αὐτονόμους (Chios, Mytilenaeos, Methymnaeos) servasse disertis verbis Mytilenaei ipsi dicunt Thuc. III, 10, 5: „οἱ ξύμμαχοι ἐδουλώθησαν πλὴν ἡμῶν (Λεσβίων) καὶ Χίων“, et Thuc. III, 11, 2: „αὐτόνομοί τε ἐλείφθημεν“: neque orationis initio orator Mytilenaeus tot defectionis excusationes protulisset, si re vera Athenienses sociis αὐτονόμοις libertatis aliquam partem ademissent.

*) Thuc. VI. 85, 2: „Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους“, Thuc. VII, 57, 4: „Μηθυμναῖοι μὲν ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι“, Thuc. III, 3, 4: „τὰς δὲ τῶν Μυτιληναίων δέκα τριήρεις, αἳ ἔτυχον βοηθοὶ παρὰ σφᾶς κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν παροῦσαι, κατέσχον“.

Tributum (φόρον) socii αὐτόνομοι numquam pependerunt. Neque enim in tributorum indicibus (Köhler, Urk. u. Unters.) socii αὐτόνομοι: Chii, Mytilenaei, Methymnaei, umquam commemorantur, et Thucydides pluribus testatur locis, eos non solvisse tributum; Thuc. VI, 85, 2: „καὶ γὰρ τοῖς ἐκεῖ ξυμμάχοις ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς χρημάτων βιαιότερον φορᾷ"; Thuc. VII, 57, § 4: „τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνέσποντο" et ejusdem cap. § 5: „Μηθυμναῖοι μὲν ναυσὶ καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι". Quamobrem Boeckhii quae sequitur sententia non prorsus probanda est (St. I, 535): „Die Tributpflichtigkeit war schon ursprünglich mit der Selbstständigkeit nicht unvereinbar und auch später ist sie mit Abhängigkeit und Unterwürfigkeit nicht schlechthin einerlei; aber die selbstständigen Bundesgenossen Athens waren in der Regel tributfrei und mussten nur Schiffe stellen, die unterwürfigen dagegen Tribut zahlen". Nam sententia illa, fuisse quosdam socios αὐτονόμους, societate jam adulta ac valde florente, qui tributum penderent (— nam alio modo verba „waren in der Regel tributfrei" interpretari non licet —), nullo alio nititur argumento, nisi Thucydidis loco, quo demonstratur contrarium. Locus Thucydidis est hic: V, 18, 5: „ὅσας δὲ πόλεις παρέδοσαν Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις, ἐξέστω ἀπιέναι ὅποι ἂν βούλωνται αὐτοὺς καὶ τὰ ἑαυτῶν ἔχοντας· τὰς δὲ πόλεις φερούσας τὸν φόρον τὸν ἐπ' Ἀριστείδου αὐτονόμους εἶναι, ὅπλα δὲ μὴ ἐξέστω ἐπιφέρειν Ἀθηναίους μηδὲ τοὺς ξυμμάχους ἐπὶ κακῷ, ἀποδιδόντων τὸν φόρον, ἐπειδὴ αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο· εἰσὶ δὲ Ἄργιλος, Στάγειρος, Ἄκανθος, Σκῶλος, Ὄλυνθος, Σπάρτωλος. ξυμμάχους δ' εἶναι μηδετέρων μήτε Λακεδαιμονίων μήτε Ἀθηναίων· ἢν δὲ Ἀθηναῖοι πείθωσι τὰς πόλεις, βουλομένας ταύτας ἐξέστω ξυμμάχους ποιεῖσθαι αὐτοὺς Ἀθηναίους. Μηκυβερναίους δὲ καὶ Σαναίους καὶ Σιγγαίους οἰκεῖν τὰς πόλεις τὰς ἑαυτῶν, καθάπερ Ὀλύνθιοι καὶ Ἀκάνθιοι." De his Thucydidis verbis Boeckhius ipse disseruit rectissime hoc modo (St. I, 538): „Kurz, die tributpflichtigen autonomen in Thrake sind gar nicht Bundesgenossen der Athener; sie zahlen nur den geringen aristi-

dischen Tribut zur Abfindung gegen Athen, dem sie früher unterworfen gewesen waren". Ac tamen paullo post pergit (p. 538, 539): „Uebrigens bildete sich diese Verschiedenheit auf geschichtlichem Wege: unterwürfig wurden diejenigen (sc. Bundesgenossen), welche entweder ursprünglich statt der Kriegspflichtigkeit Tribut zu zahlen sich erboten hatten oder nachher ihre zu leistende Kriegsmacht in Tribut verwandeln liessen oder ihre Kriegsmacht im Kampfe gegen Athen gebrauchend überwunden wurden; selbstständig ohne Tribut blieben nur die, bei denen das Gegentheil dieser drei Fälle der Fall war; Selbstständigkeit mit Tributpflichtigkeit erhielten einige (sc. Bundesgenossen), die tributpflichtig gewesen waren und unterwürfig, aber durch einen besonderen Vertrag zwischen Sparta und Athen die Unabhängigkeit erhalten sollten, ohne dass den Athenern der früher bezogene Tribut ganz abgedungen würde". Jam Boeckhii verba vehementer inter se repugnare omnes facile intellegunt: quamvis enim supra dixerit: „Kurz, die tributpflichtigen autonomen in Thrake sind gar nicht Bundesgenossen", et concesserit: „wenn sie autonome Bundesgenossen wurden, so behielten sie die Selbstständigkeit, mussten aber bundesmässig Heeresmacht stellen und wurden dann, wenn folgerecht verfahren wurde, frei von Tribut", tamen paullo post dicit: „Selbstständigkeit und Tributpflichtigkeit erhielten einige (sc. Bundesgenossen)", atque p. 535 contendit: „Die selbstständigen Bundesgenossen waren in der Regel tributfrei", quamquam socios αὐτονόμους ullos tributum solvisse demonstrari non potest. Quibus de causis socios αὐτονόμους numquam pependisse tributum procerto affirmare licet.

§ 4.

Jam sociorum ὑποτελῶν, qui omnes tributum *) pendebant, condicio libertatis quae fuerit, nobis est quaerendum.

---

*) cf. Ulrich Köhler Urk. u. Unters. ibique indices tributorum, deinde Thuc. VI, 85, 2: „τοὺς δὲ πολλοὺς (τῶν ξυμμάχων, exceptis Chiis et Methymnaeis, qui αὐτόνομοι erant) χρημάτων βιαιότερον φορᾷ (ἐξηγούμεθα)", et Thuc. VII, 57, 4: „τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν."

Recte dicit Boeckhius (St. I, 533, 534): „Ihre eigenen Staatsbehörden hatten beide (autonome wie ὑπήκοοι); wollte man's von den unterwürfigen bezweifeln, so beweisen wir es mit den delischen Archonten, welche Olymp. 86 und 100—101 vorkommen, wo doch Athen Delos so in seiner Gewalt hatte, dass es im Besitz des Heiligthums war und dieses durch seine Behörden verwalten liess." Quod autem pergit: „Indessen setzte Athen auch eigene Archonten bei den unterwürfigen Bundesgenossen ein. Diese kann man mit den Harmosten der Spartaner vergleichen," exempla, quae affert, omnia ad Atheniensium magistratus referenda esse, concedere non possum.

Primum dicit (St. I, 534), Lysiam testari, Polystratum Atheniensem Oropi fuisse magistratum (ἄρχοντα), Lys. 20, 6: οὗτος δὲ πρῶτον μὲν ἄρξας ἐν 'Ωρωπῷ". Sed Oropus neque in tributorum indicibus commemoratur, neque Thucydides hanc urbem fuisse in numero sociorum, sed prorsus subjectam esse dicit; Thuc. II, 33, 3: „Παριόντες δὲ 'Ορωπὸν τὴν γὴν τὴν Γραικὴν καλουμένην, ἣν νέμονται 'Ωρώπιοι, 'Αθηναίων ὑπήκοοι, ἐδῄωσαν": nam si Atheniensium socii fuissent, Thucydides certe usus esset verbo „σύμμαχοι".

Deinde Boeckhius dicit, in civitate Mytilenaeorum (St. I, 534, A. e.) Atheniensium fuisse magistratus, probari Antiphontis loco περὶ τ. Ἡρωδ. φον. § 47: „ἢ τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑμετέροις παραδοῦναι": sed Mytilenaeorum civitas eo tempore, quo Antiphontis oratio est habita, non in numero fuit sociorum, sed colonia (κληρουχία) ab Atheniensibus deducta, Mytilenaei autem ipsi colonis erant subjecti: Thuc. III, 50, 2: „ὕστερον δὲ φόρον οὐκ ἔταξαν Λεσβίοις, κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς πλὴν τῆς Μηθυμναίων τρισχιλίους, τριακοσίους μὲν τοῖς θεοῖς ἱεροὺς ἐξεῖλον„ ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν· οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν αὐτοὶ εἰργάρζοντο τὴν γῆν": quamobrem Atheniensium magistratus fuisse in oppidis colonorum, non tamen in civitatibus sociorum ex Antiphontis loco colligere licet.

Jam quod episcopi in sociorum civitates mittebantur, hac

re demonstrari Böckhius dicit (St. I, 534), fuisse in sociorum ὑποτελῶν oppidis Atheniensium magistratus perennes. Hoc quidem concedendum est. Commemorantur ἐπίσκοποι illi in populi scito de Erythraeis (C. J. A. I. n. 9), ubi statuitur, quinam debeat Erythraeorum esse civitatis status. Verba tituli ad episcopos spectantia haec sunt *): „ἀποκυαμεῦσαι δὲ καὶ καταστῆσαι τὴν μὲν τέως βουλὴν τοὺς ἐπισκόπους καὶ τὸν φρούραρχον, τὸ δὲ λοιπὸν τὴν βουλὴν καὶ τὸν φρούραρχον: vernacula lingua: „den Rath, der gegenwärtig fungiren soll, sollen die Episcopen und der φρούραρχος ausloosen und einsetzen; für die Zukunft aber sollen der Rath selber und der φρούραρχος den folgenden Rath einsetzen.“ Quam tituli partem diligenter considerantibus nobis concludendum est, ἐπισκόπους fuisse magistratus Athenis missos, qui in civitate foederata novum civitatis statum constituerent. Perennes autem magistratus eos fuisse, ex Aristophanis loco concludendum est (aves, v. 1021 sq.).

ἘΠΙΣΚΟΠΟΣ. ποῦ πρόξενοι;

ΠΕΙΘΕΤΑΙΡΟΣ. τίς ὁ Σαρδανάπαλλος οὑτοσί;

ἘΠΙ. ἐπίσκοπος ἥκω δεῦρο τῷ κυάμῳ λαχὼν
ἐς τὰς Νεφελοκοκκυγίας.

ΠΕΙΘ. ἐπίσκοπος; ἔπεμψε τίς σε δεῦρο;

ἘΠΙ. φαῦλον βιβλίον Τελέου τι.

ΠΕΙΘ. βούλει δῆτα τὸν μισθὸν λαβὼν μὴ πράγματ' ἔχειν ἀλλ' ἀπιέναι;

ἘΠΙ. νὴ τοὺς θεούς ἐκκλησίασαι δ' οὖν ἐδεομὴν οἴκοι μενών. ἔστιν γὰρ ἃ δι' ἐμοῦ πέπρακται Φαρνάκῃ.

ΠΕΙΘ. ἄπιθι λαβών· ἔστιν δ' ὁ μισθὸς οὑτοσί.

ἘΠΙ. τουτὶ τί ἦν;

ΠΕΙΘ. ἐκκλησία περὶ Φαρνάκου.

ἘΠΙ. μαρτύρομαι τυπτόμενος ὢν ἐπίσκοπος.

ΠΕΙΘ. οὐκ ἀποσοβήσεις; οὐκ ἀποίσεις τὼ καδὼ;

verba enim „τὼ καδώ“ docent, episcopos in causis agundis praesedisse judicum consilio; quamborem magistratus perennes

---

*) In titulo restituendo Kirchhoffium sequor.

illos fuisse apparet. Causae in quibus agundis episcopi praeerant judicum consilio, erant δίκαι ἀπὸ συμβόλων, ut infra videbimus.

Deinde affert Boeckhius locum Aeschinis c. Tim. p. 126: „ἦρξε (Τίμαρχος) δ' ἐν Ἄνδρῳ πριάμενος τριάκοντα μνῶν τὴν ἀρχήν": quibus verbis demonstrari dicit, in sociorum urbibus fuisse Atheniensium magistratus perennes. Sed illius magistratus in urbe Andro mentio fit temporibus Atheniensium societatis alterius, neque quicquam ex hoc exemplo solo de temporibus Atheniensium societatis prioris concludere licet.

Cum haec jam scripsissem, accepi Christenseni commentationem, qui in ea parte, ubi de sociorum disputavit magistratibus, pleraque Boeckhii argumenta eodem modo atque ego refutavit. Quamobrem in his quidem non possum ei non assentiri. Sed alia quae ad hanc quaestionem spectant, Christensenus non satis diligenter videtur mihi tractasse. Primum enim, quod dicit de episcopis (p. 10): „episcopos in sociorum urbes missos esse, quotannis an cum causa esse videretur, incertum," non potest probari. Quantum ex populi scito de Erythraeis concludere licet, pro certo affirmare possumus, episcopos missos esse in sociorum civitatem aliquam eo tempore, quo civitas illa ab Atheniensibus esset subacta, atque opus esset, novam ibi rei publicae formam constituere, et praesedisse judicum consilio in causis agundis. Deinde de archontibus Samum ab Atheniensibus missis (Thuc. I, 115, 5: „καὶ τοὺς φρουροὺς τοὺς Ἀθηναίων καὶ τοὺς ἄρχοντας, οἳ ἦσαν παρὰ σφίσιν, ἐξέδοσαν Πισσούθνῃ") non recte Christensenus videtur mihi judicasse. Thucydides enim narrat, Athenienses, Milesiorum accusationibus adductos, Samum profectos esse ibique constituisse statum popularem (Thuc. I, 115, 3): „πλεύσαντες οὖν Ἀθηναῖοι ἐς Σάμον ναυσὶ τεσσαράκοντα δημοκρατίαν κατέστησαν". Ex sequentibus autem apparat, „φρουροὺς καὶ ἄρχοντας" relictos esse ab Atheniensibus in Samiorum urbe (Thuc. I, 115, 5). Quos „ἄρχοντας" eosdem fuisse atque φύλακας, i. e. praesidii praefectos Christensenus suspicatur (p. 11). Sed primum mirandum est, cur eidem praesidio non unus,

sed plures praefecti sint; deinde disertis verbis inter se opponuntur „οἱ φρουροί" et „οἱ ἄρχοντες". Illos „ἄρχοντας" si Thucydides intellegi voluisset „praefectos τῶν φρουρῶν", certe dixisset „καὶ τοὺς τούτων ἄρχοντας": atque verba „οἳ ἦσαν παρὰ σφίσιν", quae referenda sunt ad „τοὺς ἄρχοντας" solos, docent, de archontibus supra non esse factam mentionem; si iidem essent atque „οἱ στρατηγοί", verba illa „οἱ ἦσαν παρὰ σφίσιν" essent supervacanea, cum praefectum praesidii apud Samios fuisse jam ex antecedentibus „καὶ φρουρὰν ἐγκαταλιπόντες" omnes cognitum habuissent. Quamobrem „ἄρχοντας" illos Atheniensium fuisse magistratus i. e. ἐπισκόπους mihi persuasum est. Tamen non licet in sociorum ὑποτελῶν urbibus fuisse Atheniensium magistratus perennes ex hoc loco solo concludere.

Φύλακας autem Atheniensium fuisse magistratus, demonstrari non potest. Praesidiorum enim eos fuisse praefectos Thucydides docet, IV, 104, 4: „πέμπουσι μετὰ Εὐκλέους τοῦ στρατηγοῦ, ὃς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν παρῆν αὐτοῖς φύλαξ τοῦ χωρίου. Certe φύλακες iidem fuerunt atque φρούραρχοι. Quamobrem quae Suidas nobis tradit (s. v. ἐπίσκοπος, ex Harpocr. sumpta) non sunt probanda: „οἱ παρ' Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο. οὓς οἱ Λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον" nam ἐπίσκοποι non ob hanc mittebantur causam, ut sociorum urbes inspicerent, sed ut rem publicam in novam formam redigerent; atque praesiderent judicum consilio in causis agundis; φύλακες sive φρούραρχοι, ut sociorum urbes contra hostes defenderent; neque mirum est, si in oppidis nuper subjectis, quo cum praesidio erant missi, communiter cum Atheniensium magistratibus, episcopis, novum constituebant rei publicae statum.

§ 5.

Quoniam cognovimus, fuisse apud socios ὑποτελεῖς Atheniensium magistratus perennes: jam, utrum in eorum urbibus fuerint diversi rerum publicarum status necne, videamus, et

quaeramus, utrum omnes socii ὑποτελεῖς privati sint libertatis parte eadem, an libertatis jura alii majora, alii minora servaverint.

I. Minima libertate sine dubio usi sunt illi, quorum civitatis statum Athenienses ipsi in certam redegerunt formam (δημοκρατίαν κατέστησαν). Quomodo id sit factum, docet nos populi scitum de Erythraeis (C. J. A. I, Nr. 9 *):

Ἐρυθραίων ἀπὸ κυάμων τὴν βουλὴν εἶναι εἴκοσι
καὶ ἑκατὸν ἄνδρας. τὸν δὲ κυαμευθέντα δοκιμά-
ζειν ἐν τῇ βουλῇ· καὶ μὴ θεμιτὸν εἶναι βουλεύειν μη-
δὲ ἕνα ὄλειζον ἢ τριάκοντα ἔτη γεγονότα. δίωξιν
δ' εἶναι κατὰ τῶν ἐλεγχομένων· βουλεύειν δὲ μὴ
ἐντὸς τεττάρων ἐτῶν· ἀποκυαμεῦσαι δὲ καὶ
καταστῆσαι τὴν μὲν τέως βουλὴν τοὺς ἐπισκό-
πους καὶ τὸν φρούραρχον, τὸ δὲ λοιπὸν
τὴν βουλὴν καὶ τὸν φρούραρχον· τῶν βουλευ-
σόντων ἕκαστον Ἐρύθρασι πρὶν εἰςιέναι ἐς τὴν
ἀρχὴν ὀμνύναι μὲν Δία καὶ Ἀπόλλω καὶ Δή-
μητρα, ἐπαρώμενον ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἐπιορκοῦντι
καὶ παισὶν ἑαυτοῦ· τὸν δὲ ὅρκον ὀμνύναι κατὰ
ἱερῶν καιομένων. τὴν δὲ βουλὴν τὴν βουλεύουσαν ταῦτα ἀναγ-
κάζειν. ἐὰν δὲ μὴ εἶναι ζημιῶσαι χιλίασιν δραχμαῖσι ἢ
ὃ ἂν ὁ δῆμος ὁ Ἐρυθραίων αὐτοὺς καταβαλεῖν ψηφίσηται.
ὀμνύναι δὲ τάδε τὴν βουλήν:

βουλεύσω ὡς ἂν δύνωμαι ἄριστα καὶ δικαιότατα
Ἐρυθραίων τῷ πλήθει καὶ Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμ-
μάχων. καὶ οὐκ ἀποστήσομαι Ἀθηναίων τοῦ πλήθους
οὐδὲ τῶν ξυμμᾶχων τῶν Ἀθηναίων, οὔτ' αὐτὸς
ἐγὼ οὔτ' ἄλλῳ πείσομαι οὐδὲ ἑνί. οὐδὲ τῶν φευ-
γόντων δέξομαι οὐδὲ ἕνα οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ'
ἄλλῳ πείσομαι, τῶν ἐς Μήδους φυγόντων, ἄνευ
τῆς γνώμης τῆς Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου· οὐδὲ
τῶν μενόντων ἐξελῶ ἄνευ τῆς γνώμης τῆς
Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου.

---

*) Titulum a Kirchhoffio restitutum praebeo.

Videmus, Athenienses et statuisse, quomodo senatus, penes quem summa erat in re publica potestas, constitueretur, et imperasse, ut senatus obstringeret se jure jurando, sese neque defecturos ab Atheniensibus Atheniensiumque societate, neque quidquam molituros contra Erythraeorum vel Atheniensium plebem. Certe in iis oppidis solis, in quibus antea potestas fuerat penes optimates, Athenienses ipsi hoc modo rem publicam constituebant *), plebem rati nondum esse validam, quae nullo adjuvante imperium contra optimates obtinere posset.

II. Longe alia erat libertatis condicio civitatum earum, in quibus jam diu dominatio plebis valebat, aut ubi Athenienses satis roboris ad imperium obtinendum plebi inesse duxerunt. Licebat in ejusmodi oppidis civibus, quemadmodum ipsi vellent, rem publicam constituere, neque Athenienses, quomodo esset constituenda, praescripserunt. Hoc et certis rationibus et exemplis potest probari. Primum enim scimus, plebem in civitatibus semper Atheniensium fuisse partium: Thuc. III, 47, 2: „νυν μὲν γὰρ ὑμῖν ὁ δῆμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν εὔνους ἐστὶ καὶ ἢ οὐ ξυναφίσταται τοῖς ὀλίγοις ἢ ἐὰν βιασθῇ, ὑπάρχει τοῖς ἀποστήσασι πολέμιος εὐθύς, καὶ τῆς ἀντικαθισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος ξύμμαχον ἔχοντες ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε“: neque quisquam negabit, in multis oppidis summam fuisse potestatem penes plebem eo tempore, quo socii Atheniensibus obtulerunt principatum (ἡγεμονίαν). In ejusmodi igitur urbibus, postquam socii privati sunt autonomia, Athenienses non verisimile est patriam eorum reipublicae formam violasse, cum hac re totam plebem sine dubio a se alienaturi fuissent. Quae ratiocinatio confirmatur Brasidae verbis apud Thuc. IV, 86, 4: „οὐ γὰρ ξυστασιάσων ἥκω, οὐδ᾽ ἂν σαφῆ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν, εἰ τὸ πάτριον παρεὶς τὸ πλέον τοῖς ὀλίγοις ἢ τὸ ἔλασσον τοῖς πᾶσι δουλώσαιμι“: verba enim „τὸ πάτριον“ satis demonstrant, Athenienses, Acanthiorum — sociorum ὑποτελῶν — statum civitatis non mutasse, sed usos esse

*) sicut in Samiorum urbe: Thuc. I, 115: „πλεύσαντες οὖν Ἀθηναῖοι ἐς Σάμον ναυσὶ τεσσαράκοντα δημοκρατίαν κατέστησαν.“

Acanthios eadem rei publicae forma, qua eo tempore, quo αὐτόνομοι fuerant *). Neque id evenisse quisquam contenderit Acanthiis solis, sed alios quoque socios ὑποτελεῖς eandem servasse libertatem ex hoc loco licet concludere. Accedit quod nuperrime titulus inventus atque editus est pretiosissimus, quo continetur pactum Atheniensium cum Chalcidensibus. Qui titulus mihi demonstrare videtur, Athenienses se prorsus abstinuisse a Chalcidensium re publica constituenda iisque in rebus domesticis magnam reliquisse libertatem. Sed cum vir doctissimus Köhlerus, qui in libro: „Mittheilungen des deutschen archäologischen Instituts in Athen, erster Jahrgang p. 184 ff.“ hunc titulum summa explicavit diligentia, ex quibusdam tituli verbis concludendum esse contenderit, „die Chalcidier sind nicht Bundesgenossen, sondern Unterthanen des athenischen Staates gewesen“, ejus sententia mihi accuratius erit examinanda.

De Chalcidensium libertatis condicione Koehlerus sic disputat (p. 190): „Die Definition der rechtlichen Stellung der Chalcidier zu den Athenern hat auszugehen von der Eidesformel der Chalcidier (Z. 21—33): Diese verpflichten sich, den Athenern treu zu sein, ihnen Tribut zu zahlen, welchen jene festsetzen werden, ihnen Zuzug zu leisten gegen die Feinde und ihnen gehorsam zu sein (καὶ πείσομαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων). Daraus ergiebt sich, dass die Chalcidier seit dem Jahr 446 vertragsmässig Unterthanen des athenischen Volkes waren. Diese Thatsache ist neu und überraschend.“ Sed Köhlerus nonnulla tituli verba omisit, quae demonstrant, Chalcidenses non fuisse „Unterthanen des athenischen Volks“, sed socios Atheniensium (ξύμμαχοι). Verba tituli conferam cum Köhleri interpretatione:

Verba tituli.	Köhleri interpretatio.
21. οὐκ ἀποστή-	Diese (die Chal-
22. σομαι ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων οὔτε τέχν-	cidier) verpflich-

*) cf. Grote (deutsche Uebers.) III, p. 627.

23. η οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ οὐδ᾽ ἔπει οὐδὲ
24. ἔργῳ, οὐδὲ τῷ ἀφισταμένῳ πείσομαι, κ-
25. αὶ ἐὰν ἀφιστῇ τις, κατερῶ Ἀθηναίοισι, κ-
26. αὶ τὸν φόρον ὑποτελῶ Ἀθηναίοισιν, ὃν
27. ἂν πείθω Ἀθηναίους καὶ ξύμμαχος ἔσομα-
28. ι οἷος ἂν δύνωμαι ἄριστος καὶ δικαιότ-
29. ατος, καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων βοηθήσ-
30. ω καὶ ἀμυνῶ, ἐάντις ἀδικῇ τὸν δῆμον τὸν
31. Ἀθηναίων καὶ πείσομαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθ-
32. ηναίων.

ten sich, den Athenern treu zu sein, ihnen den Tribut zu zahlen, **welchen jene festsetzen werden,** ihnen Zuzug zu leisten gegen die Feinde und ihnen gehorsam zu sein (καὶ πείσομαι τῷ δήμῳ τῶ Ἀθηναίων). Daraus ergiebt sich etc...

Primum Koehlerus verba (v. 26. 27): „καὶ τὸν φόρον ὑποτελῶ Ἀθηναίοις, ὃν ἂν πείθω Ἀθηναίους" non recte intellexit; non enim sunt interpretanda: „den Tribut zu zahlen, welchen jene festsetzen werden", sed: „den Tribut zahlen, über welchen wir (die Chalcidier) uns mit den Athenern einigen werden". Deinde verba: „καὶ ξύμμαχος ἔσομαι ὅπως ἂν δύνωμαι ἄριστος καὶ δικαιότατος", quae omisit Koehlerus in interpretatione sua, perspicue ostendunt, Chalcidenses fuisse socios (ξυμμάχους) Atheniensium. Quamobrem verba: „καὶ πείσομαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων", quibus praecipue utitur Koehlerus ad sententiam suam probandam, non ita sunt interpretanda, sicut vult Koehlerus, sed nullam aliam habent vim nisi hanc: „parebo Atheniensibus, scilicet in omnibus rebus, quae ad bellum gerendum spectant, sive quae ad rem pertinent militarem". Nam cum Athenienses se jure jurando obstrinxissent, sese nihil molituros contra Chalcidensium libertatem (v. 4—11), et concessissent, ut Chalcidenses ex pacto et convento tributum penderent, haec verba: „καὶ πείσομαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων" ad nullam aliam rem poterant spectare, nisi ad rem militarem. Pergit Koehlerus (pag. 191, Anm. 1): „Es lohnt hier die Accessionsurkunde der Erythräer aus den ersten Zeiten des Bundes zu vergleichen C. J. A. I, 9. Der Gesammtinhalt

derselben zeigt, dass die Athener in der den persischen Einflüssen ausgesetzten Stadt von Anfang an ihre Autorität offen zur Geltung gebracht haben. Aber in den Vertragsbestimmungen werden, ebenso wie in den übrigen auf den Seebund bezüglichen Urkunden regelmässig als Partei: „die Athener „καὶ οἱ ξύμμαχοι“ genannt, während der Vertrag mit den Chalcidiern auf die Athener allein lautet. Die Verpflichtung zum Gehorsam findet sich in der Urkunde der Erythräer nicht. Der Bund konnte seiner Natur nach Unterthanen nicht wohl haben; das Unterthanenverhältnis schliesst die Verbündeten neben den Athenern aus.“

Sed ex hac re, quod in populi scito de Erythraeis semper appellabatur una pars „Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι“, in populi scito autem de Chalcidensibus „Ἀθηναῖοι“ nominantur soli, concludere non licet, Chalcidenses fuisse dicioni atque imperio Atheniensium prorsus subjectos (Unterthanen). Cur enim in populi scito de Erythraeis semper appelletur una pars: „Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι“, certa est causa: hoc tempore (— paucis annis post Naxum subjectam, quae prima ex civitatibus foederatis est subjecta *) —), socii ita valebant opibus, atque Athenienses ceteros socios potentia nondum ita antecellebant, ut etiam in publicis decretis Athenienses civitates in societatem nuper ascitas jurejurando sibi solis obstringerent et hoc modo societatem jam in Atheniensium imperium conversam esse palam ostenderent. Atque tamen in hoc populi scito de Erythraeis dictum est (extr.): „οὐδὲ τῶν φευγόντων δέξομαι οὐδὲ ἕνα οὔτ’ αὐτὸς ἐγὼ οὔτ’ ἄλλῳ πείσομαι, τῶν ἐς Μήδους φυγόντων ἄνευ τῆς γνώμης τῆς Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου. οὐδὲ τῶν μενόντων ἐξελῶ ἄνευ τῆς γνώμης τῆς Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου,“ quibus ex verbis discimus: „Atheniensibus solis invitis — non Atheniensibus et sociis invitis — Erythraeis non licuisse aliquid de his rebus constituere. Alius quoque titulus (C. J. A. I. n. 11) Koehleri sententiam falsam esse ostendit. Titulus est hic (v. 4—6): „οὐκ ἀποστήσομαι

*) Thuc. I, 98, 4: „πρώτη τε αὕτη πόλις ξυμμαχὶς . . ἐδουλώθη.“

Ἀθηναίων τοῦ πλήθους οὐδὲ τῶν ξυμμάχων τῶν Ἀθηναίων, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄλλῳ πείσομαι, ἀλλὰ γνώμῃ τῇ Ἀθηναίων πείσομαι.“ Videmus non solum in priore (Nr. 9), verum etiam in hoc titulo unam partem appellari „Ἀθηναίοι καὶ οἱ ξύμμαχοι“: itaque etiam in hoc titulo Erythraeos (— de quibus agitur v. 7, 8: „ἀναγράψαι τὸν ὅρκον Ἐρύθρασι δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει“ —) nonnullis annis post eodem modo atque jurejurando prioris tituli adjunctos esse societati. Quamobrem cum Koehlerus recte dicat: „Der Bund konnte seiner Natur nach Unterthanen nicht haben“, sequitur, ut ejusdem tituli verba: „ἀλλὰ γνώμῃ τῇ Ἀθηναίων πείσομαι“ — quae eadem valent ac: „καὶ πείσομαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων“ — non demonstrent, illas civitates imperio atque dicioni Atheniensium prorsus fuisse subjectas (Unterthanen des athenischen Volkes), sed nullam aliam habeant vim nisi „parere et obedire in omnibus rebus, quae spectant ad rem militarem.“ Cur autem verba: „καὶ πείσομαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων“ aut similia non inveniantur in populi scito de Erythraeis priore, certa est causa: eo tempore, quo prius de Erythraeis populi scitum est factum, in Erythraeorum urbe Athenienses posuerant praesidium (τὸ δὲ λοιπὸν ἀποκυαμεῦσαι . . . . τὸν φρούραρχον), neque opus fuit, Erythraeos civitatem jure jurando obstringere, sese Atheniensibus parituros in re militari, cum jam omnis civitas praesidio collocato sub potestate Atheniensium esset militari.

Quare Chalcidenses non solum non dicioni atque imperio Atheniensium prorsus erant subjecti (Unterthan des athenischen Volkes), verum etiam utebantur libertate multo majore quam Erythraei et alii socii, qui libertatis condicione utebantur eadem atque Erythraei; nam Erythraeorum res publica, quomodo constitueretur, Athenienses ipsi praescripserunt; a Chalcidensium autem re publica constituenda Athenienses sè abstinuerunt, civitatisque statum quem acceperant a majoribus reliquerunt iis integrum. Deinde in pacto inter Athenienses et Selymbrianos (C. J. A. IV. 1, suppl. n. 61a, p. 19) statuitur, ut Selymbriani libertate utantur in re publica constituenda, v.. 5—6:

εἶναι δὲ καταστῆσαι Σηλυμβ-
ριανοὺς τὴμπολι-
τείαν . . . τρόπῳ
ὅτῳ ἂν ἐπίστωντ-
αι.

Videmus igitur, Athenienses sociis suis pacto concessisse, ut rem publicam, quomodo vellent ipsi constituerent. Neque in Chalcidensium civitate, neque in iis civitatibus, quae sicut Chalcidenses in re publica constituenda prorsus liberae essent, Atheniensium fuisse suspicor magistratus (ἐπισκόπους), sed in iis solis, in quibus Athenienses rem publicam in popularem statum redegerant.

III. Tertium sociorum ὑποτελῶν genus fuit eorum, quorum in civitatibus non sustulerant Athenienses dominationem paucorum, sine dubio rati plus potentiae habere optimates, quam ut plebis dominatio, ab ipsis instituta, posset stare. Quas urbes fuisse suspicior non ita multas. Sami, cujus incolas socios „non αὐτονόμους" fuisse constat*), dominatum fuisse paucorum traditum est a Thuc. VIII. 21: „ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ ἡ ἐν Σάμῳ ἐπανάστασις τοῦ δήμου τοῖς δυνατοῖς μετ' Ἀθηναίων": nam cum seditionem plebis contra optimates (οἱ δυνατοί) ortam esse dicat, summum imperii fuisse penes optimates concludendum est. Neque minus testatur Thuc. VIII, 63, 3, apud Samios fuisse dominationem paucorum: „καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς (τοὺς Σαμίους) ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται", verba enim: „ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται" docent, Samios eo tempore, quo seditionem fecerant, sub paucorum fuisse dominatu, cum ob hanc ipsam causam, ne diutius summa imperii penes optimates esset, fecissent seditionem. Ea autem, quae Diodorus tradit, etiam post alteram expeditionem contra Samum Athenienses Samiorum rempublicam in popularem statum redegisse (Diod. XII, 28, 4: καὶ τὴν

---

*) Thuc. VIII, 21: „Ἀθηναίων τεσφίσιν αὐτονομίαν μετὰ ταῦτα ὡς βεβαίοις ἤδη ψηφισαμένων": quare eos antea concludendum est fuisse non αὐτονόμους, i. e. ὑποτελεῖς.

δημοκρατίαν καταστήσας sc. ὁ Περικλῆς), prorsus ficta commentaque sunt. Ex Thucydide enim demonstrari potest, ut vidimus, a. 411 Sami fuisse dominatum paucorum. Quamobrem, si re vera Athenienses a. 439 Samiis iterum debellatis populare imperium restituissent, Samiorum optimates dominationem intra annos 439—411 recuperasse statuendum esset. Quod fieri non potuit, nisi bello cum Atheniensibus suspecto, aut intra annos 439—431 aut vero etiam belli Peloponnesiaci temporibus usque ad annum 412 ab Atheniensium imperio defecissent: id enim optimates debebant scire, ipsorum dominationem, bis jam — si Diodorum sequimur — ab Atheniensibus eversam, stare non posse, quamdiu sub imperio essent Atheniensium. Thucydides autem tale bellum non potuit praeterire silentio. Neque post cladem, quam Athenienses acceperant in Sicilia, fieri potuit, ut Samiorum optimates populare imperium everterent. Si enim hoc fecissent, necessario statuendum esset, eos ad Lacedaemonios defecturos fuisse; nam expectare debebant, dominationem suam tutiorem fore sub Lacedaemoniorum imperio, quam sub imperio Atheniensium. Sed inter socios Atheniensium multos, quos egisse cum Lacedaemoniis de defectione Thucydides narrat (Thuc. VIII, 1—21), Samios non solum non commemorat, sed etiam insulam Samum Atheniensibus satis tutam visam esse, ut classis statio fieret. Quibus de causis concludendum est, Athenienses Samiis iterum bello superatis (a. 439), paucorum dominatum non sustulisse. Diodorus autem, vel potius auctor, quem Diodorus secutus est, verba §phi 4 op. 28 libr. XII: „καὶ τὴν δημοκρατίαν καταστήσας“ ipse addidit, quia in fonte suo invenerat, post primam contra Samum expeditionem Athenienses instituisse populare imperium: XII, 27, 2: „κατέστησε δημοκρατίαν ἐν αὐτῇ.“

Itaque tria sociorum ὑποτελῶν genera fuerunt:

1) Eorum, quorum rem publicam Athenienses ad suum arbitrium in popularem statum redegerant.
2) Eorum, qui dominationem plebis suo ipsorum arbitrio constitutam servabant.

3) Eorum, quorum in civitatibus paucorum dominationem Athenienses non everterant.

§ 6.

Vidimus Athenienses non in omnibus sociorum ὑποτελῶν civitatibus rem publicam constituisse suo arbitrio, sed fuisse socios ὑποτελεῖς, qui libertate in re publica constituenda utebantur integra, atque in iis sociorum ὑποτελῶν civitatibus solis fuisse Atheniensium magistratus (ἐπίσκοποι), quorum rem publicam Athenienses suo arbitrio constítuerant. Itaque cum socios fuisse constet, qui rem publicam patrio more constituebant, jam quaerendum est, quam ob causam praecipue Athenienses dicerentur sociorum sustulisse autonomiam?

Sine dubio nihil aliud potest responderi nisi hoc: hac re praecipue socii ὑποτελεῖς legibus suis sunt privati, quod iis Athenienses jurisdictionem, vel omnem, vel partem ejus ademerunt. Quare jam ad quaestionem transeamus tractandam, quodnam jus et quae jurisdictio sociorum Atheniensium fuerit.

Natura rei, quam tractamus, ea est, ut duo sint distinguenda causarum genera: unum genus earum, quas ejusdem urbis sociae cives alter adversus alterum agebant; alterum genus earum, quas cives urbis sociae adversus Athenienses sive cives unius urbis adversus cives alterius agebant. Quamobrem nobis quaerendum erit, quae fuerit jurisdictio — primum sociorum αὐτονόμων, deinde sociorum ὑποτελῶν —

1) in causis, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae,
2) in causis, quae erant inter cives urbis sociae et Athenienses,
3) in causis, quae erant inter cives duarum urbium socialium.

Ac primum socii αὐτόνομοι lites, quas unus civis intendebat alteri, in foro agebant oppidi sui. Id quod colligendum est ex Mytilenaeorum oratione (Thuc. III, 9—14): si enim

sociis αὐτονόμοις non licuisset causas illas agere in ipsorum foro, orator Mytilenensis, qui quovis modo Athenienses accusare et Mytilenaeos de defectione excusare studet, hac imprimis re et ad accusandos Athenienses et ad excusandam defectionem Mytilenaeorum usus esset.

Eas, quas civis urbis sociae, quae autonomiam servaverat, adversus cives Atheniensem agebat causas, tum demum potuisse instrui, cum inter utramque civitatem pacto constitutum esset, quomodo et quibus in foris causae illae instruerentur, jam per se apparet. Quamobrem videamus, quid de ejusmodi pactis, ex quibus instruerentur causae inter cives civitatum duarum, memoriae sit traditum, et quaeramus, utrum ea ad solvendam hanc quaestionem de jurisdictione in causis, quae erant inter socios αὐτονόμους et Athenienses, aliquid conferant.

Aristoteles de ejusmodi pactis in Polit. III, 1, 3 p. 1275 a 7 sqq. disseruit hoc modo: „ὁ δὲ πολίτης οὐ τῷ οἰκεῖν που πολίτης ἐστίν (καὶ γὰρ μέτοικοι καὶ δοῦλοι κοινωνοῦσι τῆς οἰκήσεως), οὐδ᾽ οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ δικάζεσθαι (τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσιν). πολλαχοῦ μὲν οὖν οὐδὲ τούτων τελέως οἱ μέτοικοι μετέχουσιν, ἀλλὰ νέμειν ἀνάγκη προστάτην, ὥστε ἀτελῶς πως μετέχουσι τῆς τοιαύτης κοινωνίας, ἀλλὰ .... δῆλον γὰρ τὸ λεγόμενον (haec verba non sunt magni momenti ad propositum nostrum). ζητοῦμεν δὲ τὸν ἁπλῶς πολίτην καὶ μηδὲν ἔχοντα τοιοῦτον ἔγκλημα διορθώσεως δεόμενον, ἐπεὶ καὶ περὶ τῶν ἀτίμων καὶ φυγάδων ἔστι τὰ τοιαῦτα καὶ διαπορεῖν καὶ λύειν. πολίτης δ᾽ ἁπλῶς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς.“ Sine dubio verbis „οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ δικάζεσθαι“ intellegi vult Aristoteles illos, qui eodem modo, quo cives ipsi, in eisdem foris possint jus praebere ac repetere. Id quod concludendum est et ex praecedentibus et ex sequentibus; Aristoteles enim hoc loco voluit indagare, quisnam merito ac jure appellandus sit civis (πολίτης): p. 1275 a 1: „ὥστε τίνα χρὴ καλεῖν πολίτην καὶ τίς ὁ πολίτης, ἐστὶ

σκεπτέον." Quod propositum ut peragat, tria dicit distinguenda esse hominum genera:

1) primum genus eorum, qui alicubi habitent,
2) alterum genus eorum, qui sint in aliqua civitate „τῶν δικαίων μετέχοντες, ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν. καὶ δικάζεσθαι",
3) tertium eorum, qui non solum habitent atque sint τῶν δικαίων μετέχοντες, sed etiam habeant jus potestatemque obtinendi magistratus, atque hos solos appellandos esse civis.

Colligamus igitur necesse est, τὸν δικαίων μετέχοντα esse eum, qui, quamvis magistratum obtinere ei non liceat, tamen in litibus agundis eodem, quo civis, jure utatur, id est, eodem modo, quo civis, in omnibus civitatis foris causas agere possit; atque in ejusmodi pactis (συμβόλοις) videmus esse constitutum, ut unius civitatis cives in omnibus aut certis alterius civitatis foris eodem modo, quo cives illius civitatis ipsi, aut omnes aut certam causarum partem possent instruere. Neque aliter accipienda sunt Harpocrationis (s. v. σύμβολα) verba, unius urbis civem potuisse causas agere in alterius foro: „τὰς συνθήκας, ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια".

Jam videmus, et Aristotelis et Harpocrationis verba ita dicta esse in universum, ut ex iis nullo modo possit cognosci, utrum ejusmodi pacta inter Athenienses et socios αὐτονόμους fuerint necne. Verba enim Aristotelis „οἱ ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦντες" de omnibus civibus dicta sunt, quibus in urbe altera ex pactis causas agere licebat; et Harpocratio non singillatim de Atheniensibus, sed generatim loquitur de civitatibus omnibus, quae cum aliis ejusmodi fecerant pacta *).

---

*) Neque ex loco Andoc. c. Alcib. § 18 quicquam de pactis concludi potest, quae Atheniensibus cum sociis αὐτονόμοις erant: „καὶ πρὸς μὲν τὰς ἄλλας πόλεις ἐν τοῖς συμβόλοις συντιθέμεθα μὴ ἐξεῖναι, μήθ' εἶρξαι μήτεδῆσαι τὸν ἐλεύθερον: ἐὰν δέ τις παραβῇ, μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν". Primum enim verba „αἱ πόλεις" eodem jure possunt referri ad civitates, quae extra societatem erant, atque ad civitates sociorum αὐτονό-

Utrum igitur pacta illa fuerint necne et cujusmodi fuerint, aliunde nobis infra colligendum erit.

§ 7.

Jam transeamus ad hanc quaestionem tractandam, quomodo et quibus in foris causas suas egerint socii ὑποτελεῖς.

Ac primum quaerentibus nobis, quibus in foris causae illae, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, fuerint instruendae, proficiscendum est a loco Pseudo—Xenoph. de rpbl. Ath. I, 16: „δοκεῖ δὲ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων καὶ ἐν τῷδε κακῶς βουλεύεσθαι, ὅτι τοὺς συμμάχους ἀναγκάζουσι πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε. οἳ δὲ ἀντιλογίζονται ὅσα ἐν τούτῳ ἔνι ἀγαθὰ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων. πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν πρυτανείων τὸν μισθὸν δι' ἐνιαυτοῦ λαμβάνειν· εἶτ' οἴκοι καθήμενοι ἄνευ νεῶν ἔκπλου διοικοῦσι τὰς πόλεις τὰς συμμαχίδας· καὶ τοὺς μέν τοῦ δήμου σώζουσι, τοὺς δ' ἐναντίους ἀπολλύουσιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις· εἰ δὲ οἴκοι εἶχον ἕκαστοι τὰς δίκας, ἅτε ἀχθόμενοι Ἀθηναίοις, τούτους ἂν σφῶν αὐτῶν ἀπώλλυσαν, οἵτινες φίλοι μάλιστα ἦσαν Ἀθηναίων τῷ δήμῳ".

Quo loco auctorem hujus libelli disserere non de causis, quae erant inter socios et Athenienses, sed de causis, quas cives ejusdem urbis sociae alter intendebant alteri, apparet ex verbis: „εἰ δὲ οἴκοι εἶχον ἕκαστοι τὰς δίκας, ἅτε ἀχθόμενοι Ἀθηναίοις τούτους ἂν σφῶν αὐτῶν ἀπώλλυσαν, οἵτινες etc. ..": si enim illos condemnabant civium suorum, qui Atheniensibus erant amici, hoc in nullis aliis fieri potuit causis, nisi in illis, quas civis agebat adversus alterum; neque aliter accipienda sunt verba: „καὶ τοὺς μὲν τοῦ δήμου σώζουσι, τοὺς δ' ἐναντίους ἀπολλύουσιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις": duae enim commemorantur partes: altera optimatium, altera popularium, quarum utraque erat pars civium urbis sociae; quare eas quoque, quas civis intendebat alteri, causas hoc loco significatas esse

μων: deinde haec oratio (ut Meierus demonstravit) prorsus spuria atque ita sine judicio et diligentia est collecta et conglutinata, ut hujus orationis fidei non multum tribuam.

concludendum est. Denique eadem sententia confirmatur verbis: „διοικοῦσι τὰς πόλεις τὰς ξυμμαχίδας“: si enim Athenienses exercebant judicia in iis causis, quas socii agebant adversus Athenienses, hoc appellari non potuit „διοικεῖν τὰς πόλεις“: sin exercebant judicia in iis causis, quas cives ejusdem urbis sociae alter intendebant alteri, verba „διοικεῖν τὰς πόλεις“ merito ac jure potuerunt usurpari, quod hac re cum maxime Athenienses sociorum rebus discordiisque intestinis immiscebantur. Quod cum nobis certum sit, hoc Pseudoxenophontis loco eas causas solas, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, significatas esse, sequitur ut socii ὑποτελεῖς causas illas Athenas instruere debuerint.

Jam quaerendum est, utrum omnes ejusmodi causas an certa tantum earum genera coacti fuerint socii ὑποτελεῖς agere Athenis.

Ac primum quidem ex verbis: „τοὺς μὲν τοῦ δήμου σώζουσι, τοὺς δ᾽ ἐναντίους ἀπολλύουσιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις“ concludendum est, omnes sociorum ὑποτελῶν et causas capitales et causas publicas instructas esse Athenis; nam σώζειν et ἀπολλύειν non sunt interpretanda: „absolvere et condemnare in rebus parvi momenti“, sed significant: „conservare et condemnare in rebus magni ac maximi momenti“, id est, in causis capitalibus et causis publicis. Causas capitales socios ὑποτελεῖς agere debuisse Athenis, disertis verbis dicit Antipho in oratione π. τ. Ἡρωδ. φον. § 47: „νῦν δὲ πριάμενοι τὸν ἄνδρα, ἰδίᾳ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἀπέκτειναν τὸν μηνυτήν, οὔτε τῆς πόλεως ψηφισαμένης, οὔτε αὐτόχειρα ὄντα τοῦ ἀνδρός. ὃν ἐχρῆν δεδεμένον αὐτοὺς φυλάσσειν ἢ τοῖς φίλοις τοῖς ἐμοῖς ἐξεγγυῆσαι, ἢ τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑμετέροις παραδοῦναι, καὶ ψῆφον περὶ αὐτὸν γενέσθαι. νῦν δὲ αὐτοὶ καταγνόντες τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς ἀπεκτείνατε· ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστιν, ἄνευ Ἀθηναίων οὐδένα θανάτῳ ζημιῶσαι.“ Verba, de quibus agitur, „ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστιν..... ζημιῶσαι“, Maetznerus ita est interpretatus: „quod ne urbi quidem oratoris ipsius (id est Mytilenae) facere licet.“ Sed „πόλις“ hoc loco non certam urbem, sed urbem omnino significat. Praecedentium enim verborum habenda est ratio:

„νῦν δὲ αὐτοὶ καταγνόντες τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρὸς ἀπεκτείνατε“: Mytilenaei si fuissent accusatores, haec probari potuisset oppositio: „vos (cives Mytilenaei) soli illum interfecistis, quod ne patriae quidem vestrae licet toti“; sed accusatores cum essent Athenienses (cognati Herodis Atheniensis), haec tantum fieri potuit oppositio: „vos singuli homines illum interfecistis insciis Atheniensibus, id quod ne urbi quidem facere licet toti.“ Alia oppositio nullam habuisset vim; culpam accusatorum orator premit multo gravius, cum dicit: „illi fecerunt id, quod insciis et invitis Atheniensibus ne urbi quidem facere licet toti (sc. earum, quae Atheniensium obediunt imperio).“ Accedit quod in hac Antiphontis oratione certa urbs (sive Athenae, sive Mytilene) semper significatur „ἡ πόλις“.

Cum igitur verba illa „ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστιν“ sint interpretanda „quod ne urbi quidem facere licet toti (sc. earum, quae Atheniensum imperio obediunt)“, concludatur necesse est, coactos fuisse socios ὑποτελεῖς omnes lites capitales agere Athenis.

Deinde animadvertenda sunt Pseudoxenophontis verba: „πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν πρυτανείων τὸν μισθὸν δι' ἐνιαυτοῦ λαμβάνειν“: si enim scimus, quibus in causis solvenda fuerint πρυτανεῖα, licet concludere, causas illas aut omnes aut magna ex parte instructas esse Athenis. Quamobrem quaestionem de prytaneis tractemus necesse est.

Prytanea in solis causis privatis (δίκαις) numquam in causis publicis (γραφαῖς) persoluta esse Boeckhius contendit (St. I, 466 sq.). Sed iis, quae ad sententiam suam probandam protulit, argumentis nulla vis tribui potest. Dicit (St. I, 466): „Abgesehen von der Parastasis der Diäteten behaupten wir, dass bei Privatrechtshändeln (ἰδίαις δίκαις) keine Parastasis, sondern Prytaneien bezahlt werden mussten, bei öffentlichen Klagen aber (δίκαις δημοσίαις, γραφαῖς) umgekehrt keine Prytaneien erlegt wurden, sondern nur Parastasis“. — Jam initio argumentationis suae Boeckhius maxime fallitur, quod ex loco Pollucis, quo agitur de prytaneis, aliquid non satis recte concludit. Verba Pollucis haec sunt (VIII, 37, 38):

ἦν δέ τις καὶ παράστασις, ἐπωβελία, πρυτανεῖα, παρακαταβολή· τὰ μὲν πρυτανεῖα ὡρισμένα ὅτι ἔδει καταβαλεῖν πρὸ τῆς δίκης τὸν διώκοντα καὶ τὸν διωκόμενον· εἰ δὲ μή, διέγραφον τὴν δίκην οἱ εἰςαγωγεῖς· ὁ δ' ἡττηθεὶς ἀπεδίδου τὸ παρ' ἀμφοτέρων δοθέν· ἐλάμβανον δ' αὐτὸ οἱ δικασταί. καὶ οἱ μὲν ἀπὸ ἑκατὸν δραχμῶν ἄχρι χιλίων δικαζόμενοι τρεῖς δραχμὰς κατετίθεντο, οἱ δὲ ἀπὸ χιλίων τριάκοντα". Quibus ex verbis Boeckhius haec colligit (St. p. 462): „Die Höhe der Prytaneien war nach Massgabe des in Anspruch genommenen Betrages bestimmt: in einer Klage über Summen von 100 bis 1000 Drachmen auf 3 Drachmen für jeden Theil, bei Summen von 1001 bis 10 000 Drachmen auf 30 Drachmen, bei grösseren vermuthlich in derselben Fortschreitung". Sed id, quod Boeckhius verbis postremis „bei grösseren Summen vermuthlich in derselben Fortschreitung" concludit, nullo modo probari potest. Pollux dicit „οἱ δὲ ἀπὸ χιλίων τριάκοντα", quibus ex verbis, si quid forte, hoc quidem est colligendum: „in omnibus causis mille drachumas excedentibus ab utraque parte solutas esse triginta drachumas"; sed prytanea hoc modo, quo Boeckhius vult, gradatim aucta esse pro rata parte, concludere non licet. Quamobrem reliqua quoque Boeckhii argumentatione nihil probatur, quod falsa illa conclusione nititur. Pergit (St. I, 467): „In einer Privatsache fordert der Kläger eine im Gesetze oder durch seine Schätzung bestimmte Geldsumme oder Geldeswerth vom Beklagten zu eigenem Vortheil; es ist daher billig, dass Gerichtskosten von ihm erlegt werden. Bei öffentlichen Klagen hingegen hätte die Bestimmung der Prytaneien grossen Schwierigkeiten unterlegen und wäre in vielen Fällen sogar unmöglich gewesen. War Todesstrafe, Verbannung, Einziehung der Güter oder Ehrlosigkeit als Busse gesetzt, so konnte man die Höhe der Prytaneien nicht berechnen, da diese nach Geldsummen bestimmt werden". Sed si in causis, quae excedebant certam argenti summam, prytanea constituta erant certa, eadem prytanea in iis causis persolvi poterant, in quibus non agebatur de argento. Deinde pergit (St. I, 467): „Auch sind die Geld-

strafen in öffentlichen Rechtssachen einer zu starken und häufigen Abänderung unterworfen: wären von diesen Prytaneien erlegt worden, so hätten sie nur nach der Schätzung des Klägers in seiner Klageschrift bestimmt werden können; dies würde man aber erwähnt finden, wenn es geschehen wäre. Wenn z. B. Aeschines den Ktesiphon in seiner Klage wegen eines falschen Gesetzes (γραφὴ παρανόμων) die Busse auf 50 Talente setzt, so hätten die Prytaneien beider Theile zusammen ein Talent betragen, welche der verlierende Theil hätte bezahlen müssen: allein davon findet sich nirgends etwas, obgleich der viel geringere Verlust des Klägers von 1000 Drachmen, welche er erlegen musste, wenn er den fünften Theil der Stimmen nicht erhielt, so häufig angeführt wird". Quae ratiocinatio primum ob hanc causam non est probanda, quod proficiscitur a sententia falsa, prytanea pro rata parte gradatim esse aucta; deinde, quod dicit, litem Ctesiphontis esse aestimatam 50 talentis, libello nititur in oratione Demosthenis περὶ τ. στεφάνου § 54. 55, quem spurium esse Droysenus demonstravit (Ztschr. f. Alterthwiss. 1839 p. 453); postremo in causa, in qua accusator ut reus condemnaretur, rei publicae ac totius Graeciae causa flagitabat, hoc quidem fuisset deridiculum, si a judicibus accusator petivisset, ut ob hanc causam reum condemnarent, quod, si ipse causa caderet, talentum solvere deberet. Ac verba postrema: „obgleich der viel geringere Verlust des Klägers von 1000 Drachmen so häufig angeführt wird", si quid iis demonstretur, hoc quidem sensu sunt accipienda: „damnum illud mille drachumarum in Aeschinis oratione c. Ctesiph. saepe commemorari": sed cum in hac oratione nusquam commemoretur, quomodo ex hac re, quod in multis causis publicis poena mille drachumarum commemoratur, concludi potest, prytanea in causis publicis soluta non esse, nisi antea erit demontratum, prytanea in causis illis summam mille drachumarum excessisse? Pergit Boeckhius (St. I, 467. 468): „Ausserdem verfolgt der öffentliche Kläger keinen eigenen Vortheil, und gewinnt er den Handel, so fällt die Busse nicht ihm, sondern

dem Staate, oder wer sonst der Verletzte sein mag, anheim; es ist daher nicht billig, dass er Prytaneien erlege. Auch ist es gegen den Vortheil des Staates, die öffentlichen Anklagen durch Prytaneien zu erschweren. Nur die Strafe der 1000 Drachmen wurde dem Kläger auferlegt in dem angegebenen Falle, damit man von boshafter Klage abschrecke, und in gewissen Fällen noch die Epobelia: die Parastasis aber scheint als eine symbolische Handlung geleistet worden zu sein, damit die Sache dadurch als anhängig bezeichnet werde. Im übrigen richtet der Staat die öffentlichen Sachen umsonst, da sie seinen Vortheil betreffen, und wird durch die Bussen dafür entschädigt". Quominus causae publicae temere agerentur, non solum poena mille drachumarum, sed etiam ἀτιμία quaedam impediebat (accusatori, qui quintam suffragiorum partem non acceperat, ejusdem generis litem alicui iterum intendere non licebat); sed rempublicam eo, quod in causis publicis prytanea solvi juberet, impedivisse, quominus causae illae instruerentur, tum demum merito ac jure contendere licet, cum probatum erit, prytanea in multis causis summam mille drachumarum excessisse; id quod demonstrari non potest.

Postremo Boeckhius probare sententiam suam studet lege quadam (in Dem. or. c. Macart), in qua commemorantur prytanea. Pergit (St. I, 468 in.): „Jedoch gibt es öffentliche Klagen, von welchen der Kläger, wenn er der gewinnende Theil ist, einen Vortheil hat, welchen er zugleich mit dem Verbrechen verfolgt; in diesem Fall legt der Kläger für seinen Theil Prytaneien nieder, aber nur der Kläger. So verordnet das Gesetz, wer Oelbäume ausgrabe, gewisse Stücke ausgenommen, solle dem Staat eine Busse von 100 Drachmen für jeden Baum geben und das gleiche dem Kläger: „Prytaneien aber soll der Kläger niederlegen für seinen Theil." Diese Klage ist eine öffentliche und zwar eine Phasis, jedoch mit gesetzlich bestimmter Busse. Der Vortheil des Ganzen, nicht eines Einzelnen, schien durch die Verminderung des Oelbaums verletzt, und jeder konnte klagen. Indem nun die

Niederlegung der Prytaneien in dem Gesetz besonders bestimmt wird, erkennen wir, dass bei öffentlichen Klagen dies gewöhnlich nicht erfordert wurde, weil es sonst nicht ausdrücklich zu verordnen nöthig gewesen wäre. Aber nur der Kläger muss sie hinterlegen, weil von seiner Seite ein eigener Vortheil mit dem Einreichen der Klage, falls er dieselbe gewinnt, verbunden ist, so dass die Sache seine Privatsache ist." Lex, de qua agitur, est haec Dem. or. 43, § 71: „Ἐάν τις ἐλάαν Ἀθήνησιν ἐξορύττῃ, ἐὰν μὴ εἰς ἱερὸν Ἀθηναίων δημόσιον ἢ δημοτικόν, ἢ ἑαυτῷ χρῆσθαι μέχρι δυοῖν ἐλάαιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, ἢ ἐπὶ ἀποθανόντα δέῃ χρήσασθαι, ὀφείλειν ἑκατὸν δραχμὰς τῷ δημοσίῳ τῆς ἐλάας ἑκάστης. τὸ δὲ ἐπιδέκατον τούτου τῆς θεοῦ εἶναι. ὀφειλέτω δὲ καὶ τῷ ἰδιώτῃ τῷ ἐπεξιόντι ἑκατὸν δραχμὰς καθ' ἑκάστην ἐλάαν· τὰς δὲ δίκας εἶναι περὶ τούτων πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι. πρυτανεῖα δὲ τιθέτω ὁ διώκων τοῦ αὑτοῦ μέρους. ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ, ἐγγραφόντων οἱ ἄρχοντες πρὸς οὓς ἂν ᾖ ἡ δίκη τοῖς πράκτορσιν ὃ τῷ δημοσίῳ γίγνεται [ὃ δὲ τῇ θεῷ γίγνεται], τοῖς ταμίαις τῶν τῆς θεοῦ· ἐὰν δὲ μὴ ἐγγράφωσιν, αὐτοὶ ὀφειλόντων." Jam haec est Boeckhii argumentatio: „Dass bei öffentlichen Klagen keine Prytaneien erlegt worden, erkennen wir daraus, dass die Erlegung derselben in diesem Gesetz besonders bestimmt wird, sonst wäre es nicht ausdrücklich zu verordnen nöthig gewesen." Sed Boeckhius hoc parum recte conclusit. Omnes leges si eodem tempore datae essent, mirandum non esset, quod praeceptum aliquod multis legibus commune semel tantum commemoraretur neque in una quaque lege repeteretur; sed cum non hoc modo leges Atticae sint ortae, sed aliae aliis temporibus paullatim promulgatae, concludendum non est, praescriptum aliquod ob hanc causam, quod una in lege commemoratur, non infuisse in ceteris legibus: nam cum praescriptum illud non certo legum numero datum esset, opus erat adjicere hoc praescriptum unicuique legi, in qua inesse debebat. Praeterea non abest suspicio, hanc legem spuriam ac prorsus fictam commentamque esse. Primum enim animadvertenda sunt verba ejusdem orationis paragraphi sequentis (or. 43, § 72): „καὶ ἃ

διαρρήδην ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιεῖν, οὑτωσὶ καταφρονητικῶς ᾐκίσαντο τὰ χωρία, ἃ κατέλιπεν Ἁγνίας. ὁ δὲ νόμος ἀπαγορεύει μηδ' ἐκ τοῦ αὑτοῦ χωρίου, τοῦ πατρῴου μηδὲν τούτων ποιεῖν": orator ipse dicit, „hoc disertis verbis (διαρρήδην) praescriptum esse in lege"; in ea autem, quae nobis est tradita, lege nihil ejusmodi invenitur. Deinde legis ipsius verba valde offendunt: „τὰς δὲ δίκας εἶναι περὶ τούτων πρὸς τοὺς ἄρχοντας ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι": prorsus enim est veridissimile, causam non ita gravem debuisse agi apud archontes plures; quare verba illa legem spuriam esse indicant. Itaque, etiamsi Boeckhii conclusio falsa non esset, tamen hac lege uti non liceret quasi certum esset, eam revera fuisse legem Atticam.

Vidimus, Boeckhium iis, quibus utitur, argumentis non probasse, prytanea soluta esse in solis causis privatis; sed aliis quoque causis sententia ejus labefactari potest. Dicit enim: „in omnibus causis publicis persolutam esse parastasim." Sed Aristotelis locum, quo ad sententiam suam probandam nititur Boeckhius, non recte interpretatus est. Aristotelis verba haec sunt (Harpocr. s. v. παράστασις): „Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ περὶ τῶν θεσμοθετῶν λέγων φησὶν οὕτως: εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτούς, ὧν παράστασις τίθεται, ξενίας καὶ δωροδοκίας ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν καὶ ψευδεγγραφῆς καὶ ψευδοκλητίας καὶ βουλεύσεως καὶ ἀγραφίου καὶ μοιχείας." Quo de loco Boeckhius disseruit hoc modo (St. I, 465 sq.): „Dagegen gab es eine Parastasis von unbekanntem, aber wahrscheinlich sehr geringem und in allen Fällen gleichem Betrag, vielleicht ebenfalls nur eine Drachme, ohne Zweifel für den Staat, welche nach Aristoteles von den öffentlichen Klagen bei den Thesmotheten erlegt wird, wenn ein Fremder angeklagt wird, sich unter die Bürger eingeschlichen zu haben (Fremdenklage, γραφὴ ξενίας) oder nach einer solchen Anklage beschuldigt wird, durch Bestechung sich durchgeholfen zu haben (Bestechungsfremdenklage, γραφὴ δωροξενίας), ferner bei Klagen auf falsche Einschreibung unter die Staatsschuldner (ψευδεγγραφῆς), falsche Vorladung, ψευδοκλητείας,

Nachstellung, βουλεύσεως, falsche Ausstreichung aus den Staatsschuldnern (ἀγραφίου), Ehebruch (μοιχείας). Dies ist nicht eine vollständige Aufzählung der öffentlichen Klagen; die aufgezählten scheinen nur als Beispiele angeführt, und kaum lässt sich denken, dass bei den übrigen vor den Thesmotheten angebrachten Schriftklagen (γραφαί) und allen andern öffentlichen Klagen die παράστασις nicht sollte erlegt worden sein." Sed parum recte ex Aristotelis verbis Boeckhius id conclusit, immo vero — quod jam Schoemannus non sine dubitatione dixit (Att. Proc. 615) — ex verbis „γραφαὶ ὧν παράστασις τίθεται" colligendum est, Aristotelem γραφὰς illas, in quibus παράστασις solvebatur, opponere voluisse γραφαῖς illis, in quibus παράστασις non solvebatur. Quamobrem ex his Aristotelis verbis non id, quod Boeckhius vult, parastasin esse pensam in omnibus causis publicis, sed e contrario concludendum est, parastasin non in omnibus causis publicis solutam esse. Cum igitur et Aristotelis verba indicent parastasin non in omnibus causis publicis solutam esse neque prytanea in solis causis privatis pensa esse demonstrari possit, nihil impedit, quominus prytanea etiam in quibusdam causis publicis soluta esse arbitremur.

Itaque cum pro explorato non habeamus, quibus in causis certis soluta sint prytanea, sed hoc tantum pro certo affirmare possimus, prytanea non solum esse soluta in causis privatis, sed etiam in causis publicis, jam apparet, ex hac re, quod Pseudoxenophontis loco prytanea commemorantur a sociis in causis esse soluta, concludi non posse, quas causas socii agere debuerint Athenis. Quas causas socii oppidi cives egerint alter adversus alterum non Athenis, sed in suo ipsorum foro, aliunde nobis infra erit probandum.

Usque ad hoc tempus viri docti omnes cum Boeckhio consenserunt, socios majoris momenti causas, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, agere debuisse Athenis *). Nu-

*) St. I, 531. Weit wichtiger für die an Freiheit gewöhnten Hellenen sind die öffentlichen und peinlichen Sachen; diese entschied Athen gewiss grossentheils.

perrime vero Christensenus (in opusc. phil. ad Joh. Madv. misso. p. 1—20) non jure sententiam illam valuisse contendit. Quamobrem examinemus Christenseni sententiam. Dicit (p. 16): „Athenienses sociis longe majorem partem judisdicundi potestatis ademisse, id quod Boeckhius vult, non potest credi.“ Longe vero majorem partem sociorum ὑποτελῶν causas majoris momenti agere debuisse Athenis, docet nos Pseudoxenophontis locus, quem modo tractavimus; neque usus esset auctor verbis „ὅτι τοὺς ξυμμάχους ἀναγκάζουσι πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε“, nisi maximam sociorum partem causas agere debuisse Athenis ei persuasum fuisset. Quare testimonia meliora, quibus ea, quae ex Pseudoxenophontis verbis possunt colligi, labefactantur, ei sunt afferenda, qui sibi proposuerit demonstrare, Athenis socios causas majoris momenti agere non debuisse. Videamus, utrum Christensenus Pseudoxenophontis testimonium labefactaverit. Primum dicit haec (p. 17): „Naxios igitur et Thasios quis sibi persuaserit jam undecimo vel quarto decimo societatis anno paene sui juris esse desisse? Thasios tributarios factos Thucydides dicit; jurisdicundi potestate omni fere exutos ne verbo quidem commemorat; nec Plutarchus in pacis condicionibus enumerandis ejus rei ullam mentionem facit.“ Sed inde nihil sequitur, cum Thucydides non id agat, ut omnes pacis condicionis enumeret: Thuc. I, 101, 3: „Θάσιοι δὲ τρίτῳ ἔτει πολιορκούμενοι ὡμολόγησαν Ἀθηναίοις τεῖχός τε καθελόντες καὶ ναῦς παραδόντες χρήματά τε ὅσα ἔδει ἀποδοῦναι αὐτίκα ταξάμενοι καὶ τὸ λοιπὸν φέρειν, τήν τε ἤπειρον καὶ τὸ μέταλλον ἀφέντες.“ Plutarchus autem iis, quae de Thasiis facit, verbis (Cimon c. 14): „Ἐκ δὲ τούτου Θασίους μὲν ἀποστάντας Ἀθηναίων καταναυμαχήσας τρεῖς καὶ τριάκοντα ναῦς ἔλαβε καὶ τὴν πόλιν ἐξεπολιόρκησε καὶ τὰ χρυσεῖα τὰ πέραν Ἀθηναίοις προσεκτήσατο καὶ χώραν, ἧς ἐπῆρχον Θάσιοι, παρέλαβεν“, nihil aliud commemorat, nisi Athenienses Thasiis metalla et terram in litore contrario eripuisse. Pacis autem condiciones his verbis non continentur. Deinde pergit: Naxum bello superatam Thucydides δουλωθῆναι narrat (Thuc. I, 98); sed hoc verbum certe magis

ex noto usu loquendi, quem supra attigi posteriorum temporum, cum omnes socii jam pridem ὑπηκόων loco haberentur, positum est, quam ut significaretur, servos paene Naxios factos esse. Qua poena Naxii affecti sint nescio, hoc vero contendere audeo, non potuisse fieri, ut in omnibus causis majoris momenti Athenis jus repetere cogerentur." Magna scilicet audacia, contendere aliquid argumentis nullis allatis! Etenim argumentis hanc sententiam probare Christensenus ipse concedit se non posse, contendere tamen audet. Pergit (p. 17): „Et Samios cum mala re gesta tributarii facti essent, num credi potest, plenam fere sui juris potestatem amisisse? Scio equidem Thucydidem dicere belli Peloponnesiaci tempore Athenienses iis αὐτονομίαν reddidisse. Sed inde non sequitur, ut illa tam gravi poena Athenienses ausi sint illos affligere; etiamsi plus iis reliquerunt et postea eos in pristinum statum restituerunt, Thucydides verbo illo uti potuit." Haec omnia sunt verba tantum, non argumenta; nemo enim verba „num credi potest" argumenti loco accipiet. Neque quisquam ex hac re sola, quod Thucydides Athenienses Samiis reddidisse dicit autonomiam, umquam conclusit, Samios jurisdicundi potestate privatos esse tum, cum facti essent tributarii. Similia argumenta „qui credi potest" ac „quis non intellegit" Christensenus in sequentibus profert. Deinde pergit (p. 18): „Nec intellego, quemadmodum eae civitates, quae voluntate ipsarum ut tributum pro navibus penderent, pepigissent, nec postea bello ad officium reductae essent, omnis jurisdicundi potestate privari potuerint." Hac re, quod Christensenus id non intellexit, Pseudoxenophon non refellitur. Non enim difficile est intellectu. Athenienses, postquam magnam sociorum partem bello superaverunt, paullatim magnam adepti sunt potentiam et ob hanc causam etiam illos socios infirmiores, qui non defecerant neque bello erant victi, in condicionem redegerunt eandem, atque illos qui defecerant. Hoc praeclare exposuit Kirchhoffius his verbis: (Herm. XI, p. 23): „In Folge hiervon *) ging die Kriegsmarine des grössten

*) Thuc. I, 99, 3: οἱ πλείους αὐτῶν (τῶν ξυμμάχων), χρήματα

Theiles der Bundesmitglieder vollständig ein, und stieg das militärische Uebergewicht des Vororts in einem Grade, welches das paritätische Verhältnis der verbündeten Gemeinden zu ihrem Vorort naturgemäss aufhob und zu einer immer festere und straffere Formen annehmenden auch politischen Unterordnung derselben unter Athen mit Nothwendigkeit führte." Neque iis, quae addit Christensenus (p. 18): „Ponti porro accolis Lyciis aliisque, qui imperio Atheniensium aegre ac nomine paene obtemperabant quibusque omni modo parcere Atheniensibus summo opere necesse erat, qui fieri potest, ut talem condicionem Athenienses ausi sint imponere?" Pseudoxenophontis testmonium labefactat: quomodo enim ex hac re, quod illa pars sociorum exigua in extremis sita Atheniensium imperii finibus plenam fere libertatem sibi servaverat (neque enim tributum pendebant cf. Koehler U. und U. p. 117. 121), concludi potest, ceteros quoque socios eadem libertatis condicione usos esse? Eodem jure concludere licet, cum oppida in Ponto sita nullum penderent tributum, ceterorum quoque oppidorum sociorum majorem partem non pependisse tributum. Pergit (p. 18): „Cum Phaselitis σύμβολα de jure dando repetendoque facta videmus: etiam cum aliis e tributariis probabile nobis videtur ejusmodi pacta inita esse." Sed oblitus est, se in causas, quas ejusdem oppidi socii cives alter agebat adversus alterum, inquirere, neque in actiones, quae erant inter Athenienses et socios, de quibus agitur in populi scito illo de Phaselitis. Mox dicit (p. 18): „Tricennali pace anni 445 etiam universe aliquid de αὐτονομία sociorum statutum esse videtur (Thuc. I, 67, 2): num Athenienses talem pacis condicionem accepturos fuisse credemus, si re vera omni fere sui juris potestate multo major pars sociorum privata fuisset?" Thucydidis verba, ex quibus Christensenus hoc concludit, sunt haec I, 67, 2: „Αἰγινῆταί τε φανερῶς μὲν οὐ πρεσβευόμενοι δεδιότες τοὺς Ἀθηναίους, κρύφα δὲ οὐχ ἥκιστα μετ᾽ αὐτῶν ἐνῆγον

ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμαφέρειν, καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις ηὔξετο τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῆς δαπάνης. ἣν ἐκεῖνοι ξυμφέροιεν etc.

τὸν πόλεμον, λέγοντες οὐκ εἶναι αὐτόνομοι κατὰ τὰς σπονδάς.“ Dicit igitur Thucydides, Aeginetas questos esse, „se ipsos non esse αὐτονόμους ex pactis.“ Ex quibus nihil potest colligi nisi hoc: tricennali pace constituta fuisse, ut Aeginetae essent αὐτόνομοι. Concludere vero ex his verbis, universe aliquid tricennali pace constitutum esse de sociorum autonomia, non licet. Accedit quod e Thucydide ipso potest colligi, e contrario nihil universe tricennali pace constitutum esse de sociorum autonomia, Thuc. I, 144, 2: „τάς τε πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεισάμεθα“ (verba Periclis); quibus ex verbis satis apparet, Atheniensium socios tricennali pace anni 445 jam autonomia privatos fuisse. Pergit Christensenus (p. 18): „Non negaverim, uni et alteri civitati, fortasse pluribus, eam condicionem impositam esse, ut dijudicatio quarundam causarum apud judices Athenienses fieret, sicut belli Peloponnesiaci temporibus Mytilenaeis interdictum fuisse videmus (Antiph. π. τ. Ἡρῴδ. φον. § 47), ne causas capitales ipsi judicarent, nec dubitaverim contendere, ut hoc exemplo utar, Aeginetis in plerisque causis jus Athenis repetendum fuisse.“ In loco Antiphontis (π. τ. Ἡρῴδ. φον. § 47) interpretando Christensenus secutus est Maetznerum, qui verba „ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστιν“ accipienda esse putat: „quod ne urbi quidem oratoris (i. e. Mytilenae) facere licet.“ Sed cum interpretationem illam falsam esse jam supra docuerimus, etiam hac Christenseni argumentatione nihil probari apparet. Jam omnes facile intellegunt, Christensenum nihil protulisse, quod Pseudoxenophontis testimonii auctoritatem labefactaret.

§ 8.

Cognovimus, fere omnes socios ὑποτελεῖς — exceptis scilicet illis, qui ob longum spatium interjectum Atheniensium imperio non ita sicut ceteri parebant neque ob hanc ipsam causam tributum pendebant — coactos fuisse omnes causas majoris momenti, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, agere Athenis; jam quaeramus, quomodo Atheniensium in causis illis jurisdictio orta sit.

Grote (III, 342, deutsche Ausg.) de hac re sic disputat: „Die Bundessynode von Delos war der natürliche Schiedsgerichtshof sowohl für Streitigkeiten der verschiedenen Staaten unter einander, als auch für die Streitigkeiten der Bürger der einzelnen Bundesstaaten. Nun führten die Athener den Vorsitz, und als die Synode hinstarb, gingen ihre Befugnisse auf die athenischen Gerichtshöfe über. So entstand die Gerichtsbarkeit Athens über die Bundesgenossen, als der Bund in eine athenische Herrschaft umgewandelt wurde: die richterlichen Funktionen wurden mit dem gemeinschaftlichen Schatze von Delos nach Athen übertragen.“ Quae Grotii sententia probanda non est. Quamquam enim est concedendum, satis verisimile esse, concilium (σύνοδον) lites dijudicasse civitatum ipsarum, tamen omnibus causis iisque multis, quas singuli alter adversus alterum agebant, concilium vacasse prorsus negandum est, praesertim cum non per totum anni spatium, sed certis tantum temporibus cogeretur. Schoemannus (Verfass.-Gesch. Ath. p. 87, 88) cum hanc senserit difficultatem, evitare illam studet hoc modo, ut praeter illud concilium, quod Deli convocabatur, fuisse suspicetur judicium omnibus sociis commune (κοινοδίκαιον), quo in judicio et lites civitatum ipsarum et causae singulorum sint actae. Quam Schoemanni conjecturam Koehlerus recte refutavit hoc modo (Urk. et Untrs. p. 91): „Ich will hier nicht viel Gewicht weder darauf legen, dass Thucydides in seiner präcisen Darstellung der ursprünglichen Verfassung des Bundes eines stehenden Bundesgerichts keine Erwähnung thut, noch dass die Amphictyonen-Bünde ein solches nicht kannten. Aber die spätere Entwickelung des Bundes und namentlich der Uebergang der Jurisdiktion an die athenischen Geschworenen bleibt unerklärt, wenn jener (der Bund) von vornherein ein entsprechendes Organ in einem das ganze Jahr hindurch fungirenden Tribunal besessen hätte.“ Sed ne Koehlerus quidem explicat, quomodo factum sit, ut socii causas, quas cives unius ejusdemque urbis agebant alter adversus alterum, instruere deberent Athenis; dicit enim (Urk. u. Unters. p. 101): „Die

Frage wegen Verlegung des Schatzes ist nicht von derjenigen der Bundessynode zu trennen. Im Vorhergehenden ist auf die Anzeichen dafür aufmerksam gemacht worden, dass diese letztere frühzeitig bedeutungslos wurde; wenn Thucydides angibt, dass in der ersten Periode des Bundes die Athener unter dem Beirath gemeinsamer Versammlungen die Hegemonie geführt haben, so spricht er implicite dadurch aus, dass nach der Verwandlung der Hegemonie in die Herrschaft jene Bundes-Versammlungen aufgehört haben. Die beschliessenden und richterlichen Befugnisse gingen an die athenische Volksversammlung und Geschworenengerichte über. Die Gründe dieses Ueberganges liegen in den früher geschilderten Verhältnissen der Zusammensetzung des Bundes und in der Theilnahmlosigkeit der Mitglieder." Etiamsi concedamus id, quod, ut vidimus, nullo modo concedendum est, a concilio causas, quas Athenienses singuli sociis aut cives unius urbis sociae civibus alterius intendebant, dijudicatas esse: tamen causas illas, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, concilium dijudicasse prorsus veridissimile est. Illo enim tempore socii omnes erant αὐτόνομοι, neque umquam passi essent, se hoc modo magna libertatis parte privari. Sed cum supra probaverimus, partem sociorum ὑποτελῶν prorsus libero civitatis statu usam esse atque ob hanc caussam solam — excepto tributo — socios illos fuisse in numero non αὐτονόμων, quod causas, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, agere deberent Athenis, apparet, Athenienses eo tempore, quo singulas sociorum civitates, quae defecerant, in potestatem suam redigebant, imperasse, ut causae illae agerentur Athenis: hac enim ipsa re socii ex αὐτονόμων facti sunt non αὐτόνομοι sive ὑποτελεῖς (ἐδουλώθησαν).

Jam quaerendum, utrum eo tempore, quo Athenienses socios subigebant, jam omnes civium ipsorum causas majoris momenti agijusserint Athenis, an paullatim unum alterumve genus causarum Athenas transtulerint. Qua de re Kochlerus ex foedere cum Chalcidensibus facto, de quo supra egimus,

hoc conclusit (Mittheilg. d. deutsch. archäol. Instit. z. Ath. Jahrg. I, p. 194): „Nach der jetzt gültigen Auffassung, welche besonders von Böckh formulirt worden ist, übten die Athener die volle Gerichtsbarkeit aus in allen peinlichen und öffentlichen Sachen ihrer Unterthanen, ferner in Privatsachen von einer gewissen Summe an. Diese Auffassung ist aus Schriftstellern aus der Zeit des peloponnesischen Krieges und später abgeleitet und wird jetzt dahin zu ergänzen oder zu modificiren sein, dass die Gerichtshoheit der Athener in den Prozessen von Bürgern derselben Unterthanenstadt anfänglich auf die Funktion der athenischen Gerichtshöfe als Appellations-Instanz in den peinlichen und wichtigsten öffentlichen Sachen beschränkt war und erst in den letzten Jahrzehnten des Bestehens der athenischen Herrschaft weiter ausgedehnt worden ist. Es scheint nämlich einleuchtend, dass, wenn die Athener zur Zeit der Unterdrückung des euböischen Aufstandes in anderen Städten die Gerichtsbarkeit bereits über das in der Inschrift bezeichnete Mass hinaus besessen hätten, sie dieselbe wohl auch in Chalkis weiter ausgedehnt haben würden.“ Sed haec non recte disputasse mihi videtur Koehlerus. Verba tituli de quibus agitur, sunt haec:

v. 70. Ἀρχέστρατος εἶπε· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ Ἀ
v. 71. ντικλῆς· τὰς δὲ εὐθύνας Χαλκιδεῦσι κατ-
v. 72. ὰ σφῶν αὐτῶν εἶναι ἐν Χαλκίδι καθάπερ Ἀθ-
v. 73. ήνησιν Ἀθηναίοις, πλὴν φυγῆς καὶ θανάτ
v. 74. ου καὶ ἀτιμίας· περὶ δὲ τούτων ἔφεσιν εἶνα
v. 75. ι Ἀθήναζε ἐς τὴν ἡλιαίαν τὴν τῶν θεσμοθ-
v. 76. ετῶν κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου· περὶ δὲ
v. 77. φυλακῆς Εὐβοίας τοὺς στρατηγοὺς ἐπιμέλεσ-
v. 78. θαι ὡς ἂν δύνωνται ἄριστα, ὅπως ἂν ἔχη
v. 79. ται ὡς βέλτιστα Ἀθηναίοις.

Ipse Koehlerus dicit (p. 193): „Danach (nach den Worten „κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου“) zu schliessen war also den uns vorliegenden Beschlüssen ein anderer Volksbeschluss über die Friedensbedingungen vorausgegangen.“ Quid in iis pacis condicionibus est constitutum? Verba: „περὶ δὲ τούτων ἔφεσιν

εἶναι ἐς τὴν ἡλιαίαν τὴν τῶν θεσμοθετῶν κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου“ indicant in condicionibus illis etiam constitutum esse aliquid de causis agundis *); sed ex hac re, quod, ut Koehlerus ipse dicit: „über **einige Friedensbedingungen** nachträgliche Declarationen zur Sicherstellung der Rechte der Chalcidier abgegeben wurden“, concludere non licet, in pacis condicionibus constituta esse de causis agundis illa tantum, quae in hoc titulo commemorantur. Meo quidem judicio multo videtur esse verissimilius — cum certi quid nescire nos fatendum sit — Athenienses, ut socii omnes civium ipsorum causas majoris momenti agerent Athenis, imperasse eo tempore, quo civitate socia debellata, victoris jure uti iis liceret.

§ 9.

Satis de causis, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, cum dictum esse arbitrer, restat ut de iis, quae erant inter socios et Athenienses, causis agamus.

Causas capitales semper instructas esse Athenis, Antiphontis, quae tractavimus, verba (ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστιν) docent. Etiam causas, quas socii adversus Atheniensium duces repetundarum postulatos agebant, Athenis in Atheniensium foris
5. instructas esse docet Thucyd. VIII, 48, § 5. 6: „τὰς δὲ ξυμμαχίδας πόλεις, αἷς ὑποσχήσεσθαι δὴ σφᾶς ὀλιγαρχίαν, ὅτι δὴ καὶ αὐτοὶ οὐ δημοκρατήσονται, εὖ εἰδέναι ἔφη ὅτι οὐδὲν μᾶλλον σφίσιν οὔθ᾽ αἱ ἀφεστηκυῖαι προσχωρήσονται οὔθ᾽ αἱ ὑπάρχουσαι βεβαιότεραι ἔσονται· οὐ γὰρ βουλήσεσθαι αὐτοὺς μετ᾽ ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δουλεύειν μᾶλλον ἢ μεθ᾽ ὁποτέρου ἂν τύχωσι τούτων ἐλευθέρους
6. εἶναι· τούς τε καλοὺς κἀγαθοὺς ὀνομαζομένους οὐκ ἐλάσσω αὐτοὺς νομίζειν σφίσι πράγματα παρέξειν τοῦ δήμου, ποριστὰς ὄντας καὶ ἐσηγητὰς τῶν κακῶν τῷ δήμῳ, ἐξ ὧν τὰ πλείω αὐτοὺς ὠφελεῖσθαι· καὶ τὸ μὲν ἐπ᾽ ἐκείνοις εἶναι καὶ ἄκριτοι ἂν καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν, τὸν δὲ δῆμον σφῶν τε καταφυγὴν εἶναι καὶ ἐκείνων σωφρονιστήν.“

---

*) Sicut in pacis cum Milesiis factae condicionibus C. J. Att. IV. Suppl. Nr. 22 a (p. 6).

Sed quaenam reliquarum causarum ratio fuit? Locis omnibus, quibus de causis agitur, quae erant inter socios et Athenienses, causae illae appellantur „δίκαι ἀπὸ συμβόλων“. Quamobrem nobis quaerendum est, quales fuerint et quibus in foris instructae sint illae δίκαι ἀπὸ συμβόλων.

In tota hac causa proficiscendum est ab Antiphontis loco π. τ. Ἡρωδ. φον. § 78. Verba oratoris codicibus nobis tradita sunt haec: „εἰ δ' ἐν Αἴνῳ χωροφιλεῖ, τοῦτο οὐκ ἀποστερῶν γε τῶν εἰς τὴν πόλιν ἑαυτὸν οὐδενὸς, οὐδ' ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος, ὥσπερ ἑτέρους ὁρῶ τοὺς μὲν εἰς τὴν ἤπειρον ἰόντας καὶ οἰκοῦντας ἐν τοῖς πολεμίοις τοῖς ὑμετέροις, καὶ δίκας ἀπὸ συμβόλων ὑμῖν δικαζομένους, οὐδὲ φεύγων τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, τοὺς δ' οἵους ὑμεῖς μισῶν συκοφάντας.“ Viri docti omnes, qui hunc locum tractarunt, cum non perspexissent, depravata esse verba oratoris, fieri non potuit quin in errores inciderent in verbis interpretandis. Quamobrem verba oratoris diligentius explicare atque emendare institui; tum quidem parvi erit negotii falsas virorum doctorum sententias refellere.

Ut leviora absolvam, cum Reiskio censeo inserendum esse „ποιεῖ“, aut subaudiendum hoc verbum arbitror, quia requiratur primarium enunciatum, cujus subjecto participia illa „ἀποστερῶν etc.“ adjungantur.

Deinde oratoris verba diligentius inspicientem non fugit, duo esse genera Mytilenaeorum, qui id faciunt, quod patrem (civem Mytilenaeum) facere orator negat. Patri opponuntur: primum: genus Mytilenaeorum eorum, qui se subducunt jurisdictioni et officiis suae ipsorum civitatis (ἀποστερῶν etc.); deinde genus eorum, qui cives facti sunt alius urbis (ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος). Tum illorum duorum generum Mytilenaeorum exempla orator affert verbis „ὥσπερ ἑτέρους ὁρῶ“. Etiam illorum ἑτέρων distingui ab oratore duo genera docent verba „τοὺς μέν“, et prius genus sine dubio est eorum, qui significantur verbis: „τοὺς μὲν εἰς τὴν ἤπειρον ἰόντας καὶ οἰκοῦντας ἐν τοῖς πολεμίας τοῖς ὑμετέροις“: quibus Mytilenaeis orator utitur exemplis eorum, qui se subducunt jurisdictioni et officiis civitatis suae (ἀποστεροῦντες ἑαυτοὺς τῶν εἰς τὴν πόλιν).

Sed quae sequuntur post verba „τοῖς ὑμετέροις“ habent difficultatem. Sequuntur verba: „καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων ὑμῖν δικαζομένους“: tum verba: „οὐδὲ φεύγων τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον“ (quae respondeant verbis „οὐδ᾽ ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος) indicant, periodum illam, quae incipit verbo ὥσπερ, jam esse finitam in verbo δικαζομένους: illud autem genus alterum, quod verbis „τοὺς δὲ“ significandum erat, non commemoratur; verba „τοὺς δὲ“, quae respondeant verbis „τοὺς μέν“, prorsus desunt. Quam difficultatem Reiskius cum perspexisset, ante „καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων etc.“ verba „τοὺς δὲ“ excidisse putavit. Tamen hac medela non omnes difficultates tolluntur. Verbis „τοὺς δὲ“ et sequentibus orator affert exempla eorum Mytilenaeorum, qui alius oppidi facti sunt cives (ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος); exspectantur autem nonnulla verba, quae respondeant illis in priore membro: „εἰς τὴν ἤπειρον ἰόντας“, quibus memoretur, quo illud alterum Mytilenaeorum genus se contulerit, ita, ut alius urbis cives fierent intenderentque δίκας ἀπὸ ξυμβόλων. Confirmatur haec suspitio καὶ illo ante „δίκας ἀπὸ ξυμβόλων“: nam sermonis concinnitatem respicienti nonnulla verba ante: „καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων etc.“ excidisse putandum est; duobus enim enuntiatis post τοὺς μέν, particula καὶ junctis, respondeant necesse est duo enuntiata post τοὺς δέ, itidem verbo καὶ juncta. Quas ob causas persuasum mihi est, hunc locum prorsus esse depravatum, atque ante verba: „καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων“ statuendam esse lacunam, in qua commemoretur, quo illud alterum Mytilenaeorum genus, qui alius oppidi facti sint cives, se contulerit.

Cum omnia oppida in oris maritimis Asiae minoris et Thraciae atque in insulis sita Atheniensium aut hostes fuerint aut socii (i. e. arctiore societate cum Atheniensibus conjuncti, cf. indicem civitatum qui tributum pendebant ap. Koehler, Urk. und Unters.), satis verisimile est, illa oppida, in quae emigrabant Mytilenaei illi, qui agebant δίκας ἀπὸ ξυμβόλων cum Atheniensibus, fuisse oppida sociorum, et αὐτονόμων et ὑποτελῶν. Cives enim alius urbis atque ejus, quae societate aliqua cum Atheniensibus esset conjuncta, agere potuisse

δίκας ἀπὸ ξυμβόλων demonstrari non potest. Quas ob causas talia fere ante verba „καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων" excidisse mihi persuasum est: „τοὺς δ' ἐς πόλιν ξυμμαχίδα διοικιζομένους". Totius autem paragraphi 78 distributio haec est:

εἰ δ' Αἴνῳ χωροφιλεῖ, τοῦτο ποιεῖ
οὐκ ἀποστερῶν γε τῶν εἰς τὴν πόλιν ἑαυτὸν οὐδενὸς
οὐδ' ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος
ὥσπερ ἑτέρους ὁρῶ
τοὺς μὲν εἰς τὴν ἤπειρον ἰόντας
καὶ οἰκοῦντας ἐν τοῖς πολεμίοις τοῖς ὑμετέροις,
[τοὺς δὲ ἐς πόλιν ξυμμαχίδα διοικιζομένους]
καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων ὑμῖν δικαζομένους.

Jam perscrutemur, quae fuerit eo tempore, quo oratio est habita, Mytilenaeorum condicio. Habitam esse orationem post Mytilenaeorum defectionem docent verba § 76 init.: „πρὶν μὲν γὰρ τὴν ἀπόστασιν τῶν Μυτιληναίων γενέσθαι, ἔργῳ τὴν εὔνοιαν ἐδείκνυε τὴν εἰς ὑμᾶς· ἐπειδὴ δὲ ἡ πόλις ὅλη κακῶς ἐβουλεύσατο καὶ ἥμαρτε τῆς ὑμετέρας γνώμης, μετὰ τῆς πόλεως ὅλης ἠναγκάσθη συνεξαμαρτεῖν. Tum Thucydidis libri III cp. 50 inspicienti apparebit, Mytilenaeos eo tempore non fuisse Atheniensium socios, sed subjectos colonis (κληρούχοις), qui urbe Mytilenaeorum capta ab Atheniensibus deducti sunt Lesbum: Thuc. III, 50: „καὶ Μυτιληναίων τείχη καθεῖλον καὶ ναῦς παρέλαβον (sc. οἱ Ἀθηναῖοι). ὕστερον δὲ φόρον οὐκ ἔταξαν (οἱ Ἀθηναῖοι) Λεσβίοις, κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς πλὴν τῆς Μηθυμναίων τρισχιλίους, τριακοσίους μὲν τοῖς θεοῖς ἱεροὺς ἐξεῖλον, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν· οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν αὐτοὶ εἰργάζοντο τὴν γῆν."

Deinde ex titulo nuperrime invento (edito in C. J. A. vol. IV [suppl.], fsc. I, P. 45, n. 96) scimus et Mytilenaeis fuisse permissum, ut δίκας ἀπὸ συμβόλων agerent etiam post defectionem et praefuisse judicum consilio in causis illis magistratus Atheniensium (ἐπίσκοποι):

„δίκας διδόντας πρὸς Ἀθηναίων τοὺς ἐπισκόπους κατὰ τὰς ξυμβολάς, αἳ ἦσαν πρὸ τούτου τοῦ χρόνου.“

Illi autem, qui emigrabant, in aliis oppidis arbitrabantur se δίκας ἀπὸ συμβόλων acturos esse cum majore ipsorum commodo. Quodnam erat commodum illud? Meo quidem judicio nihil aliud, nisi quod in oppidis illis judicum consilio in δίκαις ἀπὸ ξυμβόλων agundis praeessent non magistratus Atheniensium, sed sociorum magistratus; quod quidem accidisse in iis sociorum oppidis, in quibus non erant magistratus Atheniensium, satis est verisimile. Quamobrem concludendum est, in ejusmodi oppida Mytilenaeos illos demigrasse. Quibus expositis videamus, quid viri docti de hoc loco senserint.

Schoemannus (Verfass.-Gesch. Ath. p. 89) sic disputat: „Der Redner sagt: Manche der unterwürfigen Bundesgenossen wandern aus, wohnen selbst unter den Feinden Athens (als Schutzverwandte) und chikaniren die Athener mit δίκαις ἀπὸ συμβόλων. Darin liegt kein Beweis, dass, wenn sie in ihrer Heimath geblieben wären und dort Prozesse mit den Athenern angefangen hätten, diese nicht auch unter die Kategorie der δίκαι ἀπὸ συμβόλων gehören würden, sondern nur, dass jene Leute vielmehr im Auslande solche Prozesse gegen die Athener anfingen, weil sie hier mehr im Vortheil gegen sie waren. „Aber welcher Vortheil“, fragt Böckh Staatsh. I, 530, „wäre denn dem Kläger daraus erwachsen, wenn er ausser Landes ging und dennoch die von dort aus angestellte Klage keine andere Art der Entscheidung hätte zur Folge haben können, als wenn er zu Hause blieb? Ich denke aber nicht an eine von dort aus beim athenischen Gericht angestellte Klage, sondern an eine Klage, die er in Folge der zwischen Athen und fremden unabhängigen Staaten bestehenden σύμβολα auch bei einem fremden Gerichte gegen einen Athener anstellen konnte. Denn dass es σύμβολα gegeben habe, nach welchen der Kläger nicht genöthigt war, dem Wohnort des Beklagten zu folgen, sondern ihn angreifen konnte, wo er ihn fand, glaube ich mit Hudtwalcker (v. d. Diätet. p. 125) wohl annehmen zu

dürfen. Dass aber der Kläger gegen einen Athener vor einem fremden Gerichte eher im Vortheil war, als vor einem athenischen, ist wohl klar.“ “

Primum Schoemannus errat, cum dicit: „Manche der unterwürfigen Bundesgenossen wandern aus“: nam illi, qui emigrabant, i. e. Mytilenaei, non erant Atheniensium socii, sed servi colonorum. Quamquam id quidem merito ac jure contendit, ex eo, quod emigrabant, concludi non posse, in patria δίκας ἀπὸ ξυμβόλων agere illis non licuisse. Deinde satis mirandum est, Schoemannum cogitasse de civitatibus alienis et prorsus liberis (freie und unabhängige Staaten), in quibus Mytilenaei agere possent adversus Athenienses δίκας ἀπὸ συμβόλων. Ubinam gentium civitates illae erant prorsus liberae, sc. quae non societate arctiore — συμμαχία quae appellabatur — cum Atheniensibus erant conjunctae? Nam cum omnia oppida in oris maritimis Asiae minoris et Thraciae atque in insulis sita Atheniensium hostes essent aut socii, i. e. arctiore societate cum Atheniensibus conjuncti, fieri non potuit, quin Mytilenaei illi in oppida sociorum emigrarent atque cives fierent oppidorum sociorum. Cephallene et Zacynthos (ἄλλους δὲ καὶ πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας καίπερ νησιώτας ὄντας καὶ εὐλήπτους, Thuc. VI, 85, 2 cf. Thuc. VII, 57, 7) tam longo intervallo a Mytilenaeorum oppido distant, ut Mytilenaeorum cives eo demigrasse verisimile non sit.

Neque Plattnerus rem rectius perspexit (Ath. Proz. und Klagen I, 112): „Sie halten sich zu euren Feinden, belangen aber die Athener auf Grund der früheren Bundesgenossenschaft. Dies hiesse denn so viel: Sie sind der That nach eure Feinde; wo es aber ihren Vortheil gilt, da bringen sie die zwischen ihrem Vaterlande und Athen bestehenden Verträge zur Anwendung“; errat enim, quod dicit, illos, qui in hostium urbibus habitarent, δίκας ἀπὸ ξυμμόλων egisse; nam illi, qui habitabant in hostium oppidis, alii sunt atque illi, qui δίκας ἀπὸ ξυμβόλων agebant: id quod verba τοὺς μὲν — τοὺς δέ, quibus illa duo Mytilenaeorum genera segregantur, satis demonstrant.

Denique Boeckhius, cum neque reputaverit, Mytilenaeos eo tempore, quo habita est oratio, non fuisse socios, neque perspexerit, locum esse depravatum, neque viderit, illos, qui instruerent δίκας ἀπὸ ξυμβόλων, alius urbis factos esse cives, fieri non potuit, quin in magnos incideret errores. Primum errat, quod dicit (St. I, 530), actiones sociorum, i. e. ὑποτελῶν, numquam appellatas esse δίκας ἀπὸ ξυμρόλων. Deinde falso contendit, illos, qui emigrabant, in patria sua δίκας ἀπὸ ξυμβόλων agere non potuisse. Multo autem magis in eo fallitur, quod pergit (St. I, 530): „Auch muss man das folgende beachten οὐδὲ φεύγων τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. „Mein Vater", sagt der Redner, „flieht nicht das Urtheil der Athener, wie jene, welche ausser Landes gehen und dann δίκας ἀπὸ ξυμβόλων anstellen." Wären die δίκαι ἀπὸ ξυμβόλων hier gleich den in Athen ausschliesslich abgeurtheilten Prozessen der unterwürfigen Bundesgenossen, so verlöre jener Zusatz seine Bedeutung. Kurz, nur unter der Voraussetzung, dass jene mehr Sicherheit des Rechtes boten, hat die Stelle des Antiphon einen Sinn. Sed verba illa „οὐδὲ φεύγων τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον" nequaquam ad illa „δίκας ἀπὸ συμβόλων ὑμῖν δικαζομένους" referenda, sed ipsa per se explicanda sunt. Tertium enim genus Mytilenaeorum illis duobus additur, qui omnes id faciunt, quod patrem facere orator negat, et ii segregantur particulis: οὐκ — οὐδὲ — οὐδὲ:

οὐκ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῶν εἰς τὴν πόλιν οὐδενός
οὐδ' ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος
οὐδὲ φεύγων το πλῆθος τὸ ὑμέτερον.

Illa exempla, quae verbo ὥσπερ afferuntur, non ad sequens participium οὐδὲ φεύγων, sed ad sola antecedentia οὐδ' ἀποστερῶν — οὐδὲ πολίτης γεγενημένος sunt referenda. Verba: „οὐδὲ φεύγων τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, τοὺς δ' οἵους ὑμεῖς μισῶν συκοφάντας" non spectant ad eos, qui in foris alicujus oppidi causas adversus Athenienses agebant, sed ad eos, qui in causis, quae agendae erant Athenis, priusquam causas agebant, pecunia accusatores improbos sibi conciliabant et hoc modo causam omnino non instruebant, sed judicium plebis

Atheniensium evitabant. Orator dicit: „Neque fugit judicium plebis vestrae sicut faciunt alii, qui accusatores improbos, priusquam causas agunt, sibi conciliant, sed ejusmodi accusatores (συκοφάντας) eodem modo odit, atque vos ipsi illos odistis.“ Non aliter verba illa accipienda esse docet §phus 80: „ἀλλ’ ὑμεῖς βοηθήσατέ μοι καὶ μὴ διδάσκετε τοὺς συκοφάντας μεῖζον ὑμῶν αὐτῶν δύνασθαι. ἐὰν μὲν γὰρ εἰςιόντες εἰς ὑμᾶς ἃ βούλονται πράσσωσι, δεδειγμένον ἔσται τούτους μὲν πείθειν, τὸ δ’ ὑμέτερον πλῆθος φεύγειν· ἐὰν δὲ εἰςιόντες εἰς ὑμᾶς πονηροὶ μὲν αὐτοὶ δοκῶσιν εἶναι, πλέον δ’ αὐτοῖς μηδὲν γένηται, ὑμέτερα ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις ἔσται ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔχει.“ — Quibus de causis Boeckhii sententia non est probanda. Quamquam enim recte dicit: „die δίκαι ἀπὸ συμβόλων sind nicht die ausschliesslich zu Athen geführten Prozesse der Bundesgenossen“, tamen hoc loco demonstrari non potest, omnino non fuisse δίκας ἀπὸ συμβόλων, quae erant inter Athenienses et socios ὑποτελεῖς.

Oratoris verbis hoc modo in integrum restitutis atque explicatis, videamus, quidnam ex iis concludere liceat de δίκαις ἀπὸ συμβόλων. Dicit orator: „[τοὺς δ’ ἐς πόλιν ξυμμαχίδα διοικιζομένους] καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων ὑμῖν δικαζομένους“, quibus verbis vult demonstrare, nocere Mytilenaeos illos Atheniensibus eo, quod in oppida socia emigrent ibique cives facti δίκας ἀπὸ συμβόλων agant: id quod orator iis crimini facit et patrem opponit, qui quamvis emigret, tamen hoc crimen non committat. Nocere autem Atheniensibus non poterant in Atheniensium foris, sed in judiciis sociorum; quamobrem haec verba nos docent:

et δίκας ἀπὸ ξυμβόλων a sociis (αὐτονόμοις et ὑποτελέσι) adversus Athenienses omnino agi potuisse temporibus prioris societatis et δίκας ἀπὸ συμβόλων non solum Athenis, sed etiam in sociorum foris instructas esse. Deinde ex tituli verbis: „δίκας ἀπὸ ξυμβόλων εἶναι πρὸς τοὺς Ἀθηναίων ἐπισκόπους“ concludere licet, in iis sociorum (sc. ὑποτελῶν) oppidis, in quibus erant Atheniensium magistratus (ἐπίσκοποι), praefuisse episcopos

illos in δίκαις ἀπὸ ξυμβόλων instruendis judicum consilio. Judices autem ipsi cives urbis sociae fuerunt.

Jam transeamus ad Thucydidis locum I, 77, 1 interpretandum, quo de causis agitur, quae erant inter socios et Athenienses, ac videamus, utrum confirmentur ea, quae ex Antiphontis loco de ejusmodi causis collegimus. Locus Thucydidis est hic: I, 77, 1: „καὶ ἐλασσούμενοι γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις, καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις, φιλοδικεῖν δοκοῦμεν." Quae verba Classenius ita est interpretatus (in editione sua adnot. a. h. l.): „Der Redner sagt: „Obgleich wir uns einerseits im Nachtheil befinden in dem für die Bundesgenossen bestehenden vertragsmässigen Gerichtsverfahren" (insofern wir von unserer Uebermacht keinen Gebrauch machen), „und obgleich wir für sie andererseits bei uns (in Athen) gerichtliche Verhandlungen nach gleichen Gesetzen angeordnet haben, stehen wir doch im Rufe der Streit- und Händelsucht." — Das erste Verhältnis bezieht sich ohne Zweifel auf die ξύμμαχοι αὐτόνομοι, das zweite auf die ὑπήκοοι oder ὑποτελεῖς." Sed Classenius non leviter erravit. Primum enim animadvertendum est, sententiam ejus: „Das erste Verhältnis bezieht sich auf die σύμμαχοι αὐτόνομοι, das zweite auf die σύμμαχοι ὑπήκοοι oder ὑποτελεῖς" sibi ipsi repugnare: nam paullo post dicit: „αὐτοῖς ist nicht mit ἡμῖν zum Reflexivum zu verbinden, sondern gehört zu ποιήσαντες τὰς κρίσεις". Sed αὐτοῖς illo homines significantur iidem, quos orator verbis τοῖς συμμάχοις vult intellegi, cum αὐτοῖς illud — si cum ποιήσαντες τὰς κρίσεις conjungatur — ad „τοὺς συμμάχους" referatur necesse sit: quomodo igitur verbis: „οἱ σύμμαχοι" socii αὐτόνομοι, verbo autem „αὐτοῖς" prorsus alii, σύμμαχοι ὑποτελεῖς significari possunt? Deinde et ex praecedentibus et ex sequentibus apparet, oratorem intellegi voluisse socios non αὐτονόμους (ὑποτελεῖς) solos: cp. 76, 3: „ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι, οἵτινες χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ὥστε ἑτέρων ἄρχειν δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γεγένηται": tum cp. 77, 2. 3: „καὶ οὐδεὶς σκοπεῖ αὐτῶν τοῖς καὶ ἄλλοθί που ἀρχὴν ἔχουσι καὶ ἧσσον ἡμῶν

πρὸς τοὺς ὑπηκόους μετρίοις οὖσι διότι τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται: βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται. οἱ δὲ εἰθισμένοι πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλεῖν, ἤντι παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι ἢ γνώμῃ ἢ δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχὴν ἐλασσωθῶσιν, οὐ τοῦ πλέονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς (sc. στερισκόμενοι) χαλεπώτερον φέρουσιν ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν." Quae verba plane demonstrant, nullos alios significatos esse, nisi socios ὑποτελεῖς, praecipue illa §phi 3: „ἢν . . . . ἢ γνώμῃ ἢ δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχὴν καὶ ὁπωσοῦν ἐλασσωθῶσιν, οὐ τοῦ πλέονος στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν" docent, oratorem loqui de sociis non αὐτονόμοις: concedit enim orator, socios illos ab Atheniensibus parte quadam libertatis privatos esse (verbis οὐ τοῦ πλέονος στερισκόμενοι, itaque aliqua libertatis parte sunt privati), illud autem jam supra vidimus numquam accidisse sociis αὐτονόμοις. Sed cum omnia illa verba § 2 et 3 ad „οἱ ξύμμαχοι" §phi primae sint referenda, apparet etiam in §pho prima significari socios non αὐτονόμους (ὑποτελεῖς) solos. — Quod cum nobis certum sit, in toto cp. 77 commemorari socios ὑποτελεῖς solos, quaeramus, utrum in §pho 1 ejusdem capitis de uno causarum genere an de duobus agatur.

Verbis „καὶ ἐλασσούμενοι . . . . φιλοδικεῖν δοκοῦμεν" probare orator studet id, quod dixit verbis antecentibus cp. 76, 4: „ἡμῖν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπιεικοῦς ἀδοξία τὸ πλέον ἢ ἔπαινος οὐκ εἰκότως περιέστη" et verbis: „καὶ ἐλασσούμενοι . . . ποιήσαντες τὰς κρίσεις": demonstrare orator vult Atheniensium modestiam. Quamobrem causae, quae ab eo commemorantur, non sunt eae, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae. Causis enim illis orator nequaquam potuisset demonstrare, semper magna Athenienses in sociis usos esse modestia, cum causae illae, quippe quae semper Athenis essent agendae, e contrario significarent, in durissimam servitutem socios ab Atheniensibus redactos esse. Deinde verba: „φιλοδικεῖν δοκοῦμεν" (nos, Athenienses, litigiosi videmur) altera ex parte docent, hoc loco de nullis aliis causis nisi de iis, quae erant inter socios et Athenienses, mentionem fieri: quomodo enim litigiosi videri

possunt Athenienses in iis causis, quas non Athenienses ipsi, sed cives urbis sociae alter adversus alterum agebant? Quare illa „καὶ γὰρ — καὶ“ non significant: „einerseits — andererseits“, sed „καὶ γὰρ“ verba sequentia cum antecedentibus conjungit: „etenim“; alterum „καὶ“ significat „sogar“, et participio: „ποιήσαντες“ orator causam affert, cur Athenienses sint deminuti (ἐλασσούμενοι). Tota autem paragraphus vernacula lingua sic est interpretanda: „Denn obwohl wir in den συμβολαῖαι δίκαι, welche wir mit den Bundesgenossen führen, in einem fort beeinträchtigt werden (insofern als wir von unserm Rechte als Herrscher keinen Gebrauch machen), weil wir sogar bei uns selbst nach gleichen *) Gesetzen die gerichtlichen Verhandlungen angeordnet haben, scheinen wir dennoch streit- und händelsüchtig zu sein.“ Itaque pro certo affirmare possumus, in hac paragr. 1 non duo genera causarum, sed unum tantum genus: „δίκας ξυμβολαίας“, quae erant inter Athenienses et socios ὑποτελεῖς, ab oratore Atheniensi commemorari, ut iis demonstret Atheniensium modestiam (τὸ ἐπιεικές). Illae autem δίκαι ξυμβολαῖαι nullae aliae sunt nisi „δίκαι ἀπὸ ξυμβόλων“: modestiam enim (τὸ ἐπιεικές) Atheniensium hac re praecipue orator potuit demonstrare, quod Athenienses pacta cum sociis facere et hoc modo ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλοῦντας esse ostendit. Si „δίκαι ξυμβολαῖαι“ nihil aliud significarent, nisi actiones mercatorias — id quod Boeckhius vult — hac re sola non probare potuisset orator Atheniensium modestiam.

Cum igitur demonstraverimus, δίκας ξυμβολαίας hoc loco accipiendas esse easdem atque δίκας ἀπὸ ξυμβόλων, jam videamus, quid de causis illis ex his Thucydidis verbis sit colligendum.

Maxime verborum: „καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις“ ratio est habenda. Classenii

*) „welche auch die Bundesgenossen nicht zu unserm Vortheil verkürzen“ (Krüg.); sed meo judicio haec verba „ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις“ interpretanda sunt: „nach einem **für beide Theile gleichmässig** bestimmten Recht.“

sententiam, qui „αὐτοῖς“ ad „ποιήσαντες τὰς κρίσεις“ refert, ob hanc causam non est probanda, quod Thucydides „αὐτοῖς“ illud certe non post verba „πὰρ ἡμῖν“ posuisset, si ad „ποιήσαντες τὰς κρίσεις“ referri voluisset (verum scripsisset: „καὶ παρ’ ἡμῖν ποιήσαντες αὐτοῖς τὰς κρίσεις“), quod lectorem facillime inducere potuisset in errorem. Quamobrem „αὐτοῖς“ cum verbis „παρ’ ἡμῖν“ jungendum est: „apud nos ipsos“; verba autem: „vel apud nos ipsos judicia ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις constituimus“ docent, causas illas non solum Athenis, sed etiam in sociorum oppidis instructas esse; audiendum enim est: „non solum in sociorum oppidis judicia ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις constituimus, quod mirum non fuisset.“ Itaque ex his Thucydidis verbis concludendum est: et fuisse δίκας ἀπὸ ξυμβόλων temporibus primae societatis, quae erant inter socios ὑποτελεῖς et Athenienses, et causas illas instructas esse non solum Athenis, sed etiam in sociorum ὑποτελῶν oppidis, jure utrique parti aequaliter constituto.

Vidimus, ex locis duobus (Antiphontis et Thucydidis) et ex titulo, quos tractavimus, haec de δίκαις ἀπὸ ξυμβόλων esse colligenda:

1) fuisse prioris societatis temporibus δίκας ἀπὸ ξυμβόλων, quae erant inter Athenienses et socios ὑποτελεῖς,
2) δίκας illas ἀπὸ ξυμβόλων et Athenis et in oppidorum sociorum foris instructas esse,
3) δίκας ἀπὸ ξυμβόλων instructas esse jure utrique parti aequaliter constituto,
4) in iis sociorum ὑποτελῶν oppidis, in quibus erant Atheniensium magistratus (ἐπίσκοποι), praesidebant ἐπίσκοποι illi judicum consilio in δίκαις ἀπὸ ξυμβόλων agundis.

Jam quaerendum est, quarum rerum actiones fuerint δίκαι ἀπὸ ξυμβόλων. Qua in re indaganda proficiscendum nobis est a populi scito de pacto cum Phaselitis (Herm. vol. VII, p. 159 a Koehlero tractatus, C. J. A. II, Nr. 11). Titulus est hic:

1. [Ἔδοξ]εν τῇ [β]ουλῇ καὶ τῷ δ[ή
2. μῳ· Α]καμαντὶς [ἐ]πρυτάνευε
3. [Ο]νάσιππος ἐγραμμάτευεν
4. ....δης ἐπεστάτει Λέω[ν ε]ἶ
5. [πε:τοῖ]ς Φασηλίταις τὸ ψ[ήφ]ι
6. [σμα ἀν]αγράψαι ὅτι ἂμ με[ν] Ἀθήν
7. [ησι σ]υ[μβό]λαιον γένηται
8. [πρὸς Φ]ασηλι[τ]ῶν τινὰ Ἀθή[ν]η
9. [σι τὰς δ]ίκας γίγνεσθαι πα[ρ]
10. [ὰ τῷ πο]λεμάρχῳ καθάπερ Χ
11. [ίοις καὶ] ἄλλοθι μηδαμοῦ· τῶ
12. [ν δὲ ἄλλων] ἀπὸ ξυμβόλων κατ
13. [ὰ τὰς πρὶν] ξυμβολὰς πρὸς Φα
14. [σηλίτας] τὰς δίκας εἶ[να]ι τὰς
15. ....ο . ἀφελεῖν· ἐὰν δὲ τ
16. [ῶν ἀλλαχο]ῦ ἀρχ[ω]ν δ[έ]ξ[η]τα[ι] δ
17. [ίκην κατὰ] Φασηλιτῶν τ[ι]νὸς
18. [τοῦτον μὴ τ]ίνειν καταδίκας
19. [ἀλλ' ἡ μὲν δίκ]η ἄκ[υρ]ος ἔστω: ἐ
20. [ὰν δὲ ἐκβῆν]αι δ[οκ]ῇ τὰ ἐψη
21. [φισμένα ὀφ]ει[λ]έτω [μ]υρ[ί]ας δ
22. [ραχμὰς ἱερ]ὰς τῇ Ἀθηναίᾳ· τ
23. [ὸ δὲ ψήμισμ]α τό[δε] ἀνα[γρ]αψά
24. [τω ὁ γραμμ]ατεὺς ὁ τῆς βουλῆς
25. [ἐστήλῃ λιθί]νῃ καὶ κατα θ
26. [έτω ἐμ πόλει τ]έλεσι τοῖς τῶ
27. [ν Φασηλιτῶν.

Ab initio usque ad verba „καὶ ἄλλοθι μηδαμοῦ" (v. 11) statuitur, si Phaselitae negotia contraxerunt Athenis, ut Athenis quoque hujus rei agatur causa. Etiam hoc sequitur ex verbis illis — quod Koehlerus docuit — ut populi scitum illud non multo post pugnam Cnidiam datum sit, quod Chii post pugnam illam Atheniensium facti sunt socii. Sequuntur verba: τῶν δὲ ἄλλων . . . ἀφελεῖν (v. 11—15). Primum in verbis: „τῶν δὲ ἄλλων" sine dubio simul audiendum est: „συμβολαίων." Opponuntur autem „τὰ ἄλλα συμβόλαια" nullis aliis

nisi „τοῖς Ἀθήνησι συμβολαίοις“, quamobrem „τὰ ἄλλα συμβόλαια“ illa sunt negotia, quae Phaselitae cum Atheniensibus non Athenis, sed cum aliis oppidis, tum Phaselide contrahebant. In sequentibus (v. 12 et 13) Koehlerus in Hermae vol. VII, p. 159: „κατὰ τὰς πρὶν ξυμβολάς“ scribendum esse putavit; nuperrime autem in editione sua corp. inscr. Att. II n. 11 haec verba in „κατὰ τὰς Χίων ξυμβολὰς“ mutavit. Sed priore conjectura Koehlerus verba tituli multo rectius quam altera supplevisse mihi videtur. Jungenda enim essent verba: „κατὰ τὰς Χίων ξυμβολὰς πρὸς Φασηλίτας“: „secundum pacta, quae Chii cum Phaselitis habent.“ Neque enim jungenda essent: „πρὸς Φασηλίτας τὰς δίκας“, cum verba „πρὸς Φασηλίτας“ verbis „τὰς δίκας“ addita, essent supervacanea. Etenim jam supra verbis „τὰς δίκας“ illa „πρὸς Φασηλίτας“ non addita sunt: v. 9 et 10: „Ἀθήνησι τὰς δίκας γίγνεσθαι“: nam haec verba unusquisque debet audire, quod in titulo de causis agitur nullis aliis nisi de „δίκαις πρὸς Φασηλίτας.“ Deinde auctori tituli, si verbis „τὰς δίκας“ etiam illa „πρὸς Φασηλίτας“ addere voluissent, scribendum fuit: „τὰς πρὸς Φασηλίτας δίκας“. Sed equidem mihi persuadere non possum, Athenienses, cum hanc instituissent legem: „τὰ σύμβολα κύρια ἔσεσθαι, ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ἡμῖν κυρωθῇ“ (Dem. VII, 9), atque semper sibi sumerent hoc, ut suis ipsorum legibus uti juberent alios, pacta cum civitate aliqua fecisse non secundum pacta, quae ipsi antea aut cum hac aut cum alia civitate fecerant, sed secundum pacta, quae cum hac civitate alia civitas fecerat. Hoc quidem concedendum est, fieri potuisse, ut in hoc titulo esset constitutum: „secundum pacta, quae nos (Athenienses) cum Chiis habemus“; sed haec sententia si verbis esset efferenda, scribendum fuit: „κατὰ τὰς πρὸς Χίους ξυμβολάς.“ Quamobrem multo verisimilius est, Athenienses hoc tempore, quo paene pristinam recuperaverant potentiam, etiam pacta, quae cum sociis habuerant temporibus prioris societatis, renovasse, praesertim cum — ut demonstravimus — temporibus prioris societatis essent Atheniensibus cum sociis ὑποτελέσι (quorum fuerant Phaselitae) actiones ἀπὸ συμβόλων. Ita-

que Koehleri primam conjecturam: „κατὰ τὰς πρὶν ξυμβολάς“ retinendam, alteram autem: „κατὰ τὰς Χίων ξυμβολάς“ rejiciendam censeo. Jungenda igitur sunt: „κατὰ τὰς πρὶν ξυμβολὰς πρὸς Φασηλίτας“: „secundum pacta, quae jam antea facta sunt cum Phaselitis*)“; atque haec verba docent, praescripta omnia, quae in hoc titulo inveniuntur, etiam valuisse in ejusmodi pactis, quae temporibus societatis prioris fiebant. — Sequuntur verba: „ἐὰν δὲ τῶν ἀλλαχοῦ . . .“ (v. 15, 16) usque ad finem. In verbis „τῶν ἀλλαχοῦ“ — ut recte perspexit Koehlerus — subaudiendum est „συμβολαίων“, vel potius „γενομένων συμβολαίων.“ Lex vetat poena proposita negotiorum non Athenis, sed in alia civitate contractorum causas agi Athenis, et si causa ibi instruatur, irritam esse jubet. Itaque concludendum est, omnes causas negotiorum non Athenis, sed sive Phaselide sive in alia civitate contractorum instructas esse in Phaselitarum i. e. sociorum ὑποτελῶν foro. Id quoque ex his verbis colligi potest. Provocationis ad alterum judicium cum nullo verbo mentio fiat, quamvis titulus totus usque ad nostram aetatem pervenerit, verba autem tituli partem causarum Athenis agi diserte ac plane vetent, sequitur, ut in δίκαις ἀπὸ ξυμβόλων admissa non fuerit provocatio.

Videmus igitur, δίκας ἀπὸ ξυμβόλων pertinuisse ad actiones negotiorum (συμβολαίων). Quae sententia confirmatur Hegesippi loco (Demost. or. VII, § 9—13), ad quem interpretan-
9. dum nunc aggrediamur. Verba Hegesippi sunt haec: „Ἔτι περὶ συμβόλων φησὶ πεπομφέναι πρὸς ὑμᾶς τοὺς ποιησομένους, ταῦτα δὲ κύρια ἔσεσθαι οὐκ ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ'

*) Si quis contendat, non esse dictum ex linguae graecae usu, quod hoc modo verba conjungantur, ac potius, si haec efferenda sit sententia, scribendum esse: „κατὰ τὰς πρὶν ξυμβολὰς τὰς πρὸς Φασηλίτας“, conferat velim Kuehnerum (Griech. Gramm. II, 532), ibique hujus usus inveniat exempla: Thuc. I, 18: „μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τῆς Ἑλλαδος.“ (Kuehner: „Das durch eine Präposition ausgedrückte Attributiv tritt nach seinem Substantiv ohne Wiederholung des Artikels hinzu, besonders in dem Falle, wo schon eine attributive Bestimmung zwischen dem Artikel und dem Substantiv eingetreten ist.)

ὑμῖν κυρωθῇ, ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει, ἀλλ' ἐπειδὰν ὡς ἑαυτὸν ἐπανενεχθῇ, ἐφέσιμον τὴν παρ' ὑμῶν γενομένην γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν ποιούμενος· βούλεται γὰρ ὑμῶν τοῦτο προλαβεῖν καὶ ὁμολογούμενον ἐν τοῖς συμβόλοις καταστῆσαι, ὅτι τῶν περὶ Ποτίδαιαν γεγενημένων ἀδικημάτων οὐδὲν ἐγκαλεῖτε αὐτῷ ὡς ἀδικούμενοι, ἀλλὰ βεβαιοῦτε, δικαίως αὐτὴν ἐκεῖνον καὶ λαβεῖν καὶ κεκτῆσθαι. καίτοι Ἀθηναίων 10. οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ κατοικοῦντες, οὐκ ὄντος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον, ἀλλὰ συμμαχίας, καὶ ὅρκων ὀμωμοσμένων, οὓς Φίλιππος τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ποτιδαίᾳ ὤμοσεν, ἀφῃρέθησαν ὑπ' αὐτοῦ τὰ κτήματα. ταῦτα δὴ βούλεται τἀδικήματα πανταχῶς παρ' ὑμῖν βεβαιώσασθαι, ὅτι οὔτ' ἐγκαλεῖτε αὐτῷ οὔθ' ἡγεῖσθε ἀδικεῖσθαι, ἐπεὶ ὅτι γε 11. συμβόλων οὐδὲν δέονται Μακεδόνες πρὸς Ἀθηναίους, ὁ παρεληλυθὼς ὑμῖν χρόνος τεκμήριον γενέσθω· οὔτε γὰρ Ἀμύντας ὁ πατὴρ ὁ Φιλίππου οὔθ' οἱ ἄλλοι βασιλεῖς οὐδεπώποτε σύμβολα ἐποιήσαντο πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν· καίτοι πλείους γε ἦσαν αἱ ἐπιμιξίαι 12. τότε πρὸς ἀλλήλους ἢ νῦν εἰσίν· ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερον, καὶ τοῖς ἐμπορίοις τότε μᾶλλον ἢ νῦν ἡμεῖς τοῖς ἐκεῖ κἀκεῖνοι τοῖς παρ' ἡμῖν ἐχρῶντο, καὶ ἐμπορικαὶ δίκαι οὐκ ἦσαν, ὥσπερ νῦν, ἀκριβεῖς, αἱ κατὰ μῆνα, ποιοῦσαι μηδὲν δεῖσθαι συμβόλων τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας. ἀλλ' ὅμως οὐδενὸς 13. τοιούτου ὄντος τότε οὐκ ἐλυσιτέλει σύμβολα ποιησαμένους οὔτ' ἐκ Μακεδονίας πλεῖν Ἀθήναζε δίκας ληψομένους, οὔθ' ἡμῖν εἰς Μακεδονίαν, ἀλλ' ἡμεῖς τε τοῖς ἐκεῖ νομίμοις ἐκεῖνοί τε τοῖς παρ' ἡμῖν τὰς δίκας ἐλαμβανον. μὴ οὖν ἀγνοεῖτε ὅτι τὰ σύμβολα ταῦτα γίγνεται εἰς ὑποδοχὴν τοῦ μηδ' ἀμφισβητῆσαι εὐλόγως ὑμᾶς ἔτι Ποτιδαίας."

Paragraphum nonam rectissime intellexisse mihi videtur Schoemannus, qui in libro Att. Proc. p. 776—778 Adn. 9 merito ac jure contendit, hoc loco non de provocatione ad Philippum agi in litibus singulis, sed utrum pactum totum a Philippo an ab Atheniensibus sanciatur, quod cum maxime demonstrant verba „βούλεται γὰρ ὑμῶν τοῦτο προλαβεῖν καὶ ὁμολογούμενον ἐν τοῖς συμβόλοις καταστῆσαι, ὅτι . . . . κεκτῆσθαι". Manifestum enim est, Philippum voluisse toti pacto adjicere clausulam, qua efficeret id, quod verbis „βούλεται γὰρ ὑμῶν τοῦτο προλαβεῖν etc." significatur. Nam verba illa: „ταῦτα δὲ

σύμβολα κύρια ἔσεσθαι οὐκ ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ὑμῖν κυρωθῇ . . . ἀλλ' ἐπειδὰν ὡς ἑαυτὸν ἐπανενεχθῇ ἐφέσιμον τὴν παρ' ὑμῶν γενομένην γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν ποιούμενος" non sunt interpretanda: „postquam singulae lites apud nos dijudicatae sunt", sed idem valent ac Pollucis verba VIII, 88: „θεσμοθέται καὶ τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσιν", quae sunt interpretanda: pacta cum oppidis sanciunt. Itaque verba: „ἐφέσιμον τὴν παρ' ὑμῶν γενομένην γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν ποιούμενος" non sunt accipienda de provocatione in singulis litibus, sed horum verborum vis latius patet: „non vestrum vult scitum in hac re esse ratum, sed ut ad se deferatur ibique a se sanciatur illud vestrum scitum, flagitat." Athenienses autem — ut verba „ὡς ὁ νόμος κελεύει" docent — hoc sibi sumebant, ut omnia pacta, quae faciebant cum aliis civitatibus, sancirent ipsi. „Δικαστήριον" enim illud non de judicio, in quo instruebantur lites singulae, dictum est, sed de concilio hominum in talibus expertorum, qui quidem judices erant, quamobrem δικαστήριον appellabatur hoc concilium. Cui praesedisse θεσμοθέτας ex Pollucis verbis (VIII, 88), quae modo attulimus, concludendum est. — Haec recte disputat Schoemannus confirmaturque ejus sententia verbis § 10 et § 13: „ταῦτα δὴ βούλεται τἀδικήματα πανταχῶς παρ' ὑμῖν βεβαιώσασθαι (§ 10)": „μὴ οὖν ἀγνοεῖτε ὅτι τὰ σύμβολα ταῦτα γίγνεται εἰς ὑποδοχὴν τοῦ μηδ' ἀμφισβητῆσαι εὐλόγως ὑμᾶς ἔτι Ποτιδαίας. (§ 13)." Itaque de natura et pactorum et actionum, quae ex pactis illis instructae sint (i. e. actionum ἀπὸ συμβόλων) nihil potest concludi ex paragrapho nona. Neque ex §pho 10 de hac re quicquam colligere licet, cum in paragrapho illa agatur de injuria, qua Philippus affecerat Atheniensium cives.

Plus conferunt ad rem illustrandam ea, quae paragraphis sequentibus (§ 11. 12) scripta sunt: „οὔτε γὰρ Ἀμύντας ὁ πατὴρ ὁ Φιλίππου οὐδ' οἱ ἄλλοι βασιλεῖς οὐδεπώποτε σύμβολα ἐποιήσαντο πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν. καίτοι πλείους γε ἦσαν αἱ ἐπιμιξίαι τότε πρὸς ἀλλήλους ἢ νῦν εἰσίν· ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερον, καὶ τοῖς ἐμπορίοις τότε μᾶλλον ἢ νῦν, ἡμεῖς τοῖς ἐκεῖ κἀκεῖνοι τοῖς παρ' ἡμῖν ἐχρῶντο." Dicit

orator: „quamquam inter nos et Macedones magnum erat commercium, tamen neque Amyntas neque ceteri Macedonum reges umquam fecerunt σύμβολα.“ Quid ex his verbis sequitur? Certe hoc quidem, ut σύμβολα illa, de quibus orator loquitur, pertinuerint ad commercium et ad hoc facta sint, ut actiones rerum mercatoriarum, i. e. negotiorum, instruerentur melius. Quae suspitio verbis sequentibus §phi 12 confirmatur: „καὶ ἐμπορικαὶ δίκαι οὐκ ἦσαν ὥσπερ νῦν ἀκριβεῖς, αἵ κατὰ μῆνα, ποιοῦσαι μηδὲν δεῖσθαι συμβόλων τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας.“ Luce clarius hoc loco demonstratur, „δίκας ἀπὸ συμβόλων“ ad res easdem ac „δίκας ἐμπορικὰς“ pertinere. Orator enim quod dicit: „si δίκαις ἐμπορικαῖς ἐμμήνοις utimur, δίκαι ἀπὸ συμβόλων supervacaneae sunt*)“, manifestum est, δίκας ἀπὸ συμβόλων eisdem de rebus instructas esse atque δίκας ἐμπορικὰς ἐμμήνους **). Deinde haec verba docent, dijudicandas fuisse δίκας ἀπὸ συμβόλων brevi temporis spatio; orator enim cum dicat: „si δίκαις ἐμπορικαῖς summa diligentia et intra mensem unum dijudicandis utimur, δίκαι ἀπὸ συμβόλων supervacaneae sunt“, sequitur, ut etiam δίκαι ἀπὸ συμβόλων intra breve tempus dijudicandae fuerint. Confirmatur igitur his verbis id, quod jam supra ex pacto cum Phaselitis concludendum esse demonstravimus: in δίκαις ἀπὸ ξυμβόλων non fuisse admissam provocationem. Si enim fuisset admissa provocatio, causae illae intra breve tempus dijudicari non potuissent. Haec cum jam scripsissem, accepi titulum nuperrime inventum editumque in C. J. Att. IV, 2 Suppl. Nr. 61a, quo luculenter confirmatur sententia, δίκας ἀπὸ συμβόλων fuisse actiones negotiorum. Est titulus ille pactum (a. 409 factum) inter Athenienses et Selymbrianos, quos socios ὑποτελεῖς fuisse

---

*) nam aliter verbum „σύμβολα“ non est interpretandum: „si δίκαις ἐμπορικαῖς ἐμμήνοις utimur, σύμβολα supervacanea sunt“, i. e. causae, quae ex pactis illis (συμβόλοις) aguntur.

**) Id quod jam Scholiasta intellexit; adscripsit enim ad § 11 „σύμβολα: λέγει τὰς δίκας τὰς περὶ τὰ συμβολαῖα τῶν ἐμπόρων.“ Alia atque quam Scholiasta post verbum ἄλλως (i. e. alia explicatio sequitur) adnotavit, Harpocrationis est explicatio, quam, cum ad eadem spectet ac verba Aristotelis de συμβόλοις, jam supra tractavimus.

constat (cf. Koehler, U. u. U. indicem oppidorum, quae tributum pendebant).

Verba tituli, in quibus agitur de δίκαις ἀπὸ συμβόλων, sunt haec (v. 17—21):

> τὰ δὲ ἄλλα ξύμβολα τὰ πρωτοῦ ἦν τοῖς ἰδιώταις πρὸς τοὺς ἰδιώτας ἢ ἰδιώτῃ πρὸς τὸ κοινὸν ἢ τῷ κοινῷ πρὸς ἰδιώτην ἢ ἐάν τι ἄλλο γίγνηται διαλύειν πρὸς ἀλλήλους· ὅτι δ' ἂν ἀμφισβητῶσι, δίκας εἶναι ἀπὸ ξυμβόλων.

Videmus igitur δίκας ἀπὸ συμβόλων fuisse actiones negotiorum, sed non solum eorum, quae erant civibus Atheniensibus singulis cum civibus singulis urbis sociae, sed etiam negotiorum, quae erant civibus sive Atheniensibus sive sociis cum republica (τῷ κοινῷ) sive sociorum sive Atheniensium. Itaque δίκαι ἀπὸ συμβόλων agebantur non solum inter cives Athenienses et socios singulos, sed etiam inter cives singulos (sive Athenienses sive socios) et rem publicam (sive sociorum sive Atheniensium). Quod cum nobis constet, δίκας ἀπὸ συμβόλων eisdem de rebus instructas esse atque δίκας ἐμπορικάς, i. e. de negotiis contractis, jam subtilius in connexum inter haec duo causarum genera inquirendum est. Ac primum erit videndum, quid de natura δικῶν ἐμπορικῶν ex iis, quae tradita sunt, eruere possimus.

Qui huic rei operam dederunt viri docti (Meyer Att. Proc. 539; Plattner, Proc. u. Klag. I, 290; Heffter, Athen. Gerichtsverfassung 399, 400), neque satis dilucide de ea disseruerunt, neque omnes locos, ex quibus aliquid de δίκαις ἐμπορικαῖς potest concludi, satis diligenter tractaverunt. Quamobrem in hanc quaestionem nobis inquirendum est denuo ac praecipue loci omnes, qui ad δικῶν ἐμπορικῶν rationem explicandam lucem aliquam afferre possint, diligenter sunt interpretandi ac, si quidem opus erit, sanandi.

Proficiscendum nobis est a Demosthenis loco or. 34,
42. § 42—45: „ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν δίκην εἰςαγώγιμον εἶναι ὁ νόμος αὐτὸς διαμαρτύρεται, κελεύων τὰς δίκας εἶναι τὰς ἐμπορικὰς τῶν συμβολαίων τῶν Ἀθήνησι καὶ εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον,

καὶ οὐ μόνον τῶν Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ὅσ᾽ ἂν γένηται ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε. λάβε δή μοι τοὺς νόμους. ΝΟΜΟΙ. Ὡς μὲν 43.
τοίνυν γέγονέ μοι τὸ συμβόλαιον πρὸς Φορμίων᾽ Ἀθήνησιν οὐδ᾽ αὐτοὶ ἔξαρνοί εἰσι, παραγράφονται δὲ ὡς οὐκ εἰςαγώγιμον τὴν δίκην οὖσαν. ἀλλ᾽ εἰς ποῖον δικαστήριον εἰςέλθωμεν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ μὴ πρὸς ὑμᾶς, οὗπερ τὸ συμβόλαιον ἐποιησάμεθα; δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, εἰμὲν ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε ἠδικούμην, εἶναί μοι παρ᾽ ὑμῖν τὸ δίκαιον λαβεῖν παρὰ Φορμίωνος, ἐπειδὴ δὲ τὸ συμβόλαιον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐμπορίῳ γέγονε, μὴ φάσκειν παρ᾽ ὑμῖν τούτους ὑφέξειν τὴν δίκην. καὶ ὅτε μὲν Θεοδότῳ τὴν δίαιταν ἐπε- 44.
τρέψαμεν, ὡμολόγησαν εἶναι καθ᾽ αὑτῶν ἐμοὶ τὴν δίκην εἰςαγώγιμον. νυνὶ δὲ τοὐναντίον λέγουσιν ὧν πρότερον αὐτοὶ συγκεχωρήκασιν, ὡς δέον παρὰ μὲν τῷ Θεοδότῳ τῷ ἰσοτελεῖ ὑποσχεῖν αὐτοὺς δίκην ἄνευ παραγραφῆς, ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸ Ἀθηναίων δικαστήριον εἰςερχόμεθα, μηκέτ᾽ εἰςαγώγιμον τὴν δίκην εἶναι. ἐνθυμοῦμαι δ᾽ ἔγωγε τί 45.
ἄν ποτε εἰς τὴν παραγραφὴν ἔγραψαν, εἰ ὁ Θεόδοτος ἀπέγνω τῆς δίκης, ὅπου νῦν γνόντος τοῦ Θεοδότου ἀπιέναι ἡμᾶς εἰς τὸ δικαστήριον, οὔ φησι τὴν δίκην εἶναι εἰςαγώγιμον παρ᾽ ὑμῖν, πρὸς οὓς ἐκεῖνος ἔγνω ἀπιέναι. πάθοιμι μέντ᾽ ἂν δεινότατα, εἰ οἱ μὲν νόμοι τῶν Ἀθήνησι συμβολαίων κελεύουσι τὰς δίκας εἶναι πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ὑμεῖς δ᾽ ἀπογνοίητε τῆς δίκης ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι."

In paragr. 42 ex verbis: „τὰς δίκας εἶναι τὰς ἐμπορικὰς τῶν συμβολαίων Ἀθήνησι καὶ εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον" apparet, lites mercatorias fuisse actiones non solum negotiorum Athenis contractorum, sed etiam negotiorum, quae contrahebantur in aliis civitatibus, eaque erant negotia de mercibus, quae Athenas importarentur. Verba quae sequuntur: καὶ οὐ μόνον τῶν Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ὅσ᾽ ἂν γένηται ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε" glossema sapiunt; nam idem valent ac: „συμβολαῖα εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον", id quod demonstratur verbis sequentibus §phi 43: „δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, εἰ μὲν ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε ἠδικούμην, εἶναί μοι παρ᾽ ὑμῖν τὸ δίκαιον λαβεῖν παρα Φορμίωνος, ἐπειδὴ δὲ τὸ συμβόλαιον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐμπορίῳ γέγονε, μὴ φάσκειν παρ᾽ ὑμῖν τούτους ὑφέξειν τὴν δίκην": opponuntur enim: „συμβόλαιον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐμπορίῳ" verbis: „εἰ μὲν

ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε ἠδικούμην·“ ex qua oppositione perspicue apparet, illam injuriam ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε nullam aliam esse nisi injuriam de negotio in alia civitate contracto, i. e. de mercibus, quae Athenas ex alia civitate importabantur, quod ut fieret talibus negotiis constitutum erat. Neque negare licet, librarium, qui hoc non intellexerit, ac de injuria inter navigationem hoc dictum esse putaverit, verba §phi 42: „καὶ οὐ μόνον τῶν Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ὅσ' ἂν γένηται ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε“ ex verbis §phi 43: „εἰ ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε ἠδικούμην“ sumpsisse ac post: „Ἀθηναίων ἐμπόριον“ inseruisse, cum unum ex legis praescriptis omissum esse crederet. Haec quidem Meierus non satis dilucide exposuit, cum dixit (Att. Proc. 539, 540): „Demosthenes lehrt deutlich, dass nur über Verträge aus oder nach dem attischen Emporium, d. h. nur über diejenigen Schuldverschreibungen, welche entweder festsetzten, dass in einem attischen Emporium Waaren als Hypothek eingenommen oder dass sie in einem solchen ausgeladen und verkauft werden sollten, oder über die hieraus entspringenden Rechtsverhältnisse für Kaufleute und Schiffsherren ἐμπορικαὶ δίκαι angestellt werden konnten“; nam id praecipue premendum est, non solum de negotiis, quae Athenis, sed etiam de iis, quae in aliis civitatibus erant contracta, licuisse δίκας ἐμπορικὰς agere *).

Ea, quam modo exposuimus, sententia confirmatur Demosth. loco or. 32, § 1: „οἱ νόμοι κελεύουσι, τὰς δίκας εἶναι τοῖς ναυκλήροις καὶ τοῖς ἐμπόροις τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων“: sunt enim: „τὰ Ἀθήναζε καὶ τὰ Ἀθήνηθεν συμβόλαια“ negotia aut in aliis oppidis aut Athenis contracta de mercibus, quae aut Athenas ex aliis oppidis importandae aut Athenis in alia oppida exportandae fuerint. Neque aliter accipienda sunt verba Demosthenis in or. 33, § 51: „Τοῖς μὲν ἐμπόροις καὶ τοῖς ναυκλήροις κελεύει ὁ νόμος εἶναι τὰς δίκας

*) Neque vero mirum est, si Meierus hoc non perspexit, cum hujus Demosthenis loci, quem modo tractavimus, neque habuerit rationem neque mentionem fecerit.

πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ἐάν τι ἀδικῶνται ἐν τῷ ἐμπορίῳ ἢ ἐνθένδε ποι πλέοντες ἢ ἑτέρωθεν δεῦρο.“

Postremo agamus de loco Demosthenis or. 34, § 3, 4. Verba sunt haec: „Περὶ μὲν οὖν τῆς παραγραφῆς βραχύς ἐστιν 3.
ὁ λόγος· καὶ γὰρ οὗτοι οὐ τὸ παράπαν συμβόλαιον ἐξαρνοῦνται μὴ γενέσθαι ἐν τῷ ἐμπορίῳ τῷ ὑμετέρῳ, ἀλλ᾽ οὐκέτ᾽ εἶναί φασι πρὸς ἑαυτοὺς οὐδὲν συμβόλαιον· πεποιηκέναι γὰρ οὐδὲν ἔξω τῶν ἐν τῇ 4.
συγγραφῇ γεγραμμένων· οἱ μὲν οὖν νόμοι, καθ᾽ οὓς ὑμεῖς δικασταὶ κάθησθε, οὐχ οὕτω λέγουσιν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τῶν μὴ γενομένων ὅλως συμβολαίων Ἀθήνησι μηδ᾽ εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον παραγράφεσθαι δεδώκασι, ἐὰν δέ τις γενέσθαι μὲν ὁμολογῇ, ἀμφισβητῇ δὲ ὡς πάντα πεποίηκε τὰ συγκείμενα, ἀπολογεῖσθαι κελεύουσιν εὐθυδικίαν εἰσιόντα, οὐ κατηγορεῖν τοῦ διώκοντος.“ In paragrapho quarta opponitur sine dubio: „τὸ γενέσθαι“ illi: „τὸ μὴ γενέσθαι“ hoc modo:

{ ἐὰν μὴ γενέσθαι τὸ συμβόλαιον αμφισβητῇ
  παραγράφεσθαι δεδώκασιν οἱ νόμοι

{ ἐὰν γενέσθαι τὸ συμβόλαιον ὁμολογῇ
  ἀπολογεῖσθαι κελεύουσιν οἱ νόμοι εὐθυδικίαν εἰσιόντα,

et totius loci sententia est haec: „ „a Phormione exceptio facta est; leges jubent „si quis dicit, omnino certi generis negotia contracta non esse, παραγραφὴ permissa est; sed si concedit, contracta esse ejusdem generis negotia, seque fecisse ea, quae convenerint, παραγραφὴ permissa non est, sed recta intentionis depulsione se defendere debet reus.“ Phormio concessit, contractum esse certi generis negotium, quamobrem παραγράφεσθαι ei non licet.“ “ Haec sententia, παραγραφὴν permissam esse, si reus negat, omnino contracta esse negotio, confirmatur alio Demosthenis loco or. 33, § 2: „τοῖς δὲ περὶ τῶν μὴ γενομένων συμβολαίων εἰς κρίσιν καθισταμένοις ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν ἔδωκεν ὁ νόμος“, „si quis in judicium vocatur de negotiis, quae omnino non sunt contracta, reo qui hoc contendit, negotia omnino non esse contracta, παραγράφεσθαι licet.“ Eodem modo interpretanda sunt verba §phi sequentis (or. 33, § 3): „ἐγκαλοῦντος δέ μοι Ἀπατουρίου τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου, καὶ ὅσα μὲν ἐμοὶ καὶ τούτῳ ἐγένετο συμβόλαια πάντων ἀπαλλαγῆς καὶ ἀφέσεως γενομένης ἄλλου δὲ συμβολαίου οὐκ ὄντος

ἐμοὶ πρὸς τοῦτον, οὔτε ναυτικοῦ οὔτ' ἐγγύου, παρεγραψάμην, τὴν δίκην μὴ εἰςαγώγιμον εἶναι κατὰ τοὺς νόμους τουτουσί": contra Apaturium παραγραφῇ utitur, quod negotium omnino non sit contractum. Itaque παραγραφὴ permittebatur in δίκαις ἐμπορικαῖς, in quibus reus negavisset, negotium omnino esse contractum; παραγραφὴ non permittebatur in δίκαις ἐμπορικαῖς, in quibus reus concessisset, negotium esse contractum.

Natura δικῶν ἐμπορικῶν quae sit, cum recte docuisse mihi videar, nunc quaerendum, quid discriminis statuendum sit inter δίκας ἐμπορικὰς et δίκας ἀπὸ συμβόλων, cum utrasque instructas esse de eisdem negotiis probaverimus. Meo quidem judicio discrimen illud hoc modo definiri potest:

1) Δίκαι ἀπὸ ξυμβόλων erant negotiorum actiones, quae erant inter cives Athenienses et socios aut inter rempublicam Atheniensem et socios singulos aut inter rempublicam sociam et Athenienses singulos. Actiones illae jure aequaliter utrique parti constituto ita instruebantur, ut non solum Athenienses, sed etiam illi, quibuscum foedus erat factum, obligarentur, ut eodem, quo Athenienses, modo in suo ipsorum oppido actiones negotiorum instruerent. Quae actiones appellabantur „δίκας ἀπὸ συμβόλων": forum, in quo agerentur, semper esset ea civitas oportebat, in qua negotium erat contractum (actio sequitur forum contractus). Provocatio in causis illis admissa non erat.

2) Δίκαι ἐμπορικαὶ erant negotiorum actiones, quae erant inter Athenienses ipsos aut inter Athenienses et cives urbium foederatarum; sed actiones illae ab Atheniensibus solis instruebantur, commercii augendi causa; aliae urbes, quarum cives beneficio δικῶν ἐμπορικῶν utebantur, non erant obligatae, ut eodem, quo Athenienses, modo in suis ipsorum civitatibus actiones negotiorum instruerent: quamobrem forum illarum δικῶν ἐμπορικῶν semper erat Athenis, sive negotium Athenis sive in alia civitate ita contractum erat, ut de mercibus Athenis in alias civitates exportandis aut Athenas ex aliis civitatibus importandis ageretur.

Quibis expositis redeamus ad Hegesippi locum (Dem.

VII, § 9—13). Restat, ut agamus de verbis §phi 13: „ἀλλ' ὅμως οὐδενὸς τοιούτου ὄντος τότε *) οὐκ ἐλυσιτέλει σύμβολα ποιησαμένους οὔτ' ἐκ Μακεδονίας πλεῖν Ἀθήναζε δίκας ληψομένους οὔθ' ἡμῖν εἰς Μακεδονίαν, ἀλλ' ἡμεῖς τε τοῖς ἐκεῖ νομίμοις, ἐκεῖνοί τε τοῖς παρ' ἡμῖν τὰς δίκας ἐλάμβανον." Plattnerus (qui Att. Proc. u. Klag. I, 109 haec verba interpretatus est) hoc quidem merito ac jure contendit: „von einer Appellation ist meines Erachtens nach hier nicht die Rede", sed errat, quod dicit: „Die σύμβολα scheinen nach der weiteren Ausführung des Demosthenes in der Regel die Bestimmung enthalten zu haben, dass der Verletzte, mochte er nun in dem eigenen oder fremden Lande, also z. B. der Athenienser zu Athen von einem Macedonier beeinträchtigt worden sein, bei den Gerichten des beleidigenden Theiles klagbar werden musste, in Gemässheit des Grundsatzes: actor sequitur forum rei"; nam cum pactum cum Phaselitis doceat, actorem non sequi forum rei, sed forum contractus, et hoc quoque loco de δίκαις ἀπὸ συμβόλων agatur eisdem, atque in titulo illo, apparet, Atheniensi in Macedoniam proficiscendum fuisse, quod negotium in Macedonia contractum esset. Deinde his verbis confirmatur id, quod ex Thucydidis loco conclusimus: δίκας ἀπὸ συμβόλων jure utrique parti aequaliter constituto instructas esse; orator enim cum dicat: „illo tempore, quo σύμβολα non erant inter nos et Macedones, nos in Macedonia jure Macedonum, Macedones Athenis jure Atheniensium causas agebant", sequitur, ut δίκαι ἀπὸ συμβόλων eae demum futurae fuerint, quae neque jure Macedonum neque jure Atheniensium, sed jure utrique parti aequaliter constituto instruendae fuerint. Omnia igitur, quae ex iis, quae de δίκαις ἀπὸ ξυμβόλων tradita sunt, eruimus, his complecti possumus:

1) Δίκαι ἀπὸ ξυμβόλων negotiorum erant actiones, quae erant inter Athenienses et socios ὑποτελεῖς (atque, ut mox videbimus, etiam inter Athenienses et socios αὐτονόμους), aut inter rempublicam Atheniensem et

*) sc. οὐκ ὄντων δικῶν ἐμπορικῶν ἐμμήνων, οἷον νῦν εἰσίν.

socios singulos aut inter rempublicam sociam et Athenienses singulos.

2) Δίκαι ἀπὸ ξυμβόλων jure utrique parti aequaliter constituto instruebantur.

3) Δίκαι ἀπὸ συμβόλων instruebantur et Athenis et in sociorum civitatibus, ea lege, ut actor forum ejus civitatis sequi deberet, in qua negotium esset contractum.

4) In sociorum civitatibus, in quibus erant Atheniensium magistratus (ἐπίσκοποι), praesidebant ἐπίσκοποι illi judicum consilio in δίκαις ἀπὸ συμβόλων agundis.

5) Provocatio ad alterum judicium in δίκαις ἀπὸ συμβόλων non erat admissa.

§ 10.

Jam transeamus ad grammaticorum testimonia de δίκαις ἀπὸ συμβόλων ponderanda. Primum in Bekkeri Anecd. I, 436, 1 tradita sunt verba: „Ἀθηναῖοι ἀπὸ συμβόλων ἐδίκαζον τοῖς ὑπηκόοις· οὕτως Ἀριστοτέλης.“ Non est causa, cur dubitemus, quin grammaticus ille haec verba sumpserit ex Aristotelis Ἀθηναίων πολιτείας, cum iis confirmetur id, quod ex verbis scriptorum ejusdem aetatis conclusimus. Etiam Pollux recte dicit: VIII, 63: „ἀπὸ συμβόλων δὲ δίκη ἦν ὅτε οἱ σύμμαχοι ἐδικάζοντο“ (quamquam hoc non de omnibus sociorum causis dici potest). Hesychius autem erravit, quod dicit: „ἐδίκαζον Ἀθηναῖοι ἀπὸ συμβόλων τοῖς ὑπηκόοις· καὶ τοῦτο ἦν χαλεπόν“: nam verba, quae addit: „καὶ τοῦτο ἦν χαλεπόν“, docent, illum δίκας ἀπὸ συμβόλων, quae erant sociis cum Atheniensibus, confudisse cum causis illis, quas ejusdem urbis sociae cives alter alteri intendere debebant Athenis. Nam de illis causis solis dici potuit: „καὶ τοῦτο ἦν χαλεπὸν (sc. τοῖς ὑπηκόοις).“

§ 11.

Magistratus, cujus in δίκαις ἀπὸ συμβόλων erat jurisdictio, in oppidis sociorum, in quibus non erant Atheniensium magistratus, magistratus erat socius; in oppidis sociorum, in

quibus erat Atheniensium magistratus (ἐπίσκοπος), magistratus ille praesidebat causis ἀπὸ συμβόλων instruendis; Athenis judicum consilio praeerant thesmothetae, auctore Polluce (VIII, 88): „καὶ δίκας ἀπὸ συμβόλων εἰςάγουσιν (οἱ Θεσμοθέται)." Sed cum in pacto cum Phaselitis (i. e. temporibus societatis alterius) magistratus, qui δίκας ἀπὸ συμβόλων in judicium deducit, fuerit polemarchus (v. 10 tituli), concludendum est, verba Pollucis ad primae societatis tempora pertinere. Videmus igitur, prioris societatis temporibus thesmothetas, polemarchos autem alterius societatis temporibus praefuisse judicum consilio in δίκαις ἀπὸ συμβόλων instruendis.

§ 12.

Actiones ἀπὸ συμβόλων, quae fuerint, cum satis docuisse mihi videar, restat, ut reputemus quo tempore Athenienses facere inceperint ejusmodi pacta, ex quibus agerent causas, quae erant iis cum sociis. Satis verisimile est, jam primo societatis decennio (476—466) Athenienses cum sociis, qui tum etiam omnes erant αὐτόνομοι, commercii augendi causa pacta (σύμβολα) fecisse, ex quibus actiones negotiorum cum iis agerent, ita ut jure utrique parti aequaliter constituto causae essent instruendae in ea civitate, in qua factum esset negotium, easque causas appellatas esse: „δίκας ἀπὸ συμβόλων". Confirmatur haec conjectura titulo nuperrime invento (C. J. Att. IV, 2 Suppl. p. 23 [P. 45 n. 96]), in quo agitur de foedere, quod cum Mytilenaeis post eorum defectionem a. 427 factum est: „δίκας διδόντας πρὸς Ἀθηναίων τοὺς ἐπισκόπους κατὰ τὰς ξυμβολάς, αἳ ἦσαν πρὸ τούτου τοῦχρόνου": verba enim: „κατὰ τὰς ξυμβολάς, αἳ ἦσαν πρὸ τούτου τοῦ χρόνου" docent, Mytilenaeis jam ante defectionem cum Atheniensibus fuisse pacta (ξυμβολαί), ex quibus causae essent instruendae inter ipsos et Athenienses: sed cum Mytilenaei ante defectionem fuerint socii αὐτόνομοι, concludendum etiam inter Athenienses et socios αὐτονόμους instructas esse δίκας ἀπὸ ξυμβόλων. Postquam autem paullatim Athenienses sociis ademerunt autonomiam, et causas majoris momenti, quae inter ejusdem urbis

sociae cives erant, et causas majoris momenti, quae erant inter ipsos et socios, Athenis agi jusserunt; sed δίκαι ἀπὸ συμβόλων, i. e. negotiorum actiones, quae erant inter Athenienses et socios, manebant; quas Athenienses si sustulissent, commercium cum maxime minuissent: nam in causis negotiorum multum intererat partium, utrum brevi dijudicarentur necne; et sociorum mercatores et negotiatores eo libentius sine dubio negotia contrahebant, quod causas illorum negotiorum in ipsorum civitate esse instruendas neque opus esse ad causas illas agendas proficisci Athenas cognitum habebant.

§ 13.

Vidimus causas capitales et causas repetundarum, quas socii adversus Atheniensium duces agebant, Athenis tantum instructas esse. Alias causas publicas civis unius urbis cum cive alius urbis agere non poterat. Δικῶν, causarum privatarum, duo genera jure attico fuerunt: 1) δίκαι πρός τινα, 2) δίκαι κατά τινος. Quarum discrimen Meierus recte sic exposuit et definivit (Att. Proc. 167, 168): „Diese δίκας nun scheinen die Athener in Bezug auf das ἔγκλημα noch in 1) δίκας πρός τινα und 2) δίκας κατά τινος eingetheilt zu haben. Soviel als unsere Hülfsmittel darüber entscheiden lassen, scheinen δίκαι πρός τινα alle dinglichen und diejenigen persönlichen Klagen zu umfassen, die gegen Nichterfüllung einer durch gemeinschaftliche Uebereinkunft (contractu) eingegangenen Obligation gerichtet sind; auf die Art des Vertrages oder der Uebereinkunft kommt es hierbei nicht an; dagegen sind δίκαι κατά τινος diejenigen Privatklagen, die aus Nichterfüllung der obligationes ex delicto hervorgehen; dahin gehören die Klagen: ἀποστασίου, βλάβης, αἰκίας, κακηγορίας, κλοπῆς, ἐπιτροπῆς, ἐξούλης, ψευδομαρτυριῶν und, wie wir auch ohne Zeugnis aus Analogie hinzufügen können, λειπομαρτυρίου, κακοτεχνιῶν, ἐξαιρέσεως und βιαίων.“ Jam apparet, maximam partem δικῶν πρός τινα in genere δικῶν ἀπὸ συμβόλων inclusam esse: nam in omnibus causis inter Athenienses et socios, in quibus reus ab officio ex contractu discessisset,

δίκας ἀπὸ συμβόλων agere licebat, quippe quae essent δίκαι συμβολαίων (actiones contractuum). Restant igitur δίκαι κατά τινος, quae omnes, exceptis δίκαις ἀποστασίου et ἐπιτροπῆς, inter Athenienses et socios oriri poterant. Itaque quaerendum est, utrum etiam illae actiones genere δικῶν ἀπὸ συμβόλων comprehensae fuerint necne, i. e. utrum Athenienses etiam de his causis agundis foedera cum sociis fecerint et causas illas ex pactis (ἀπὸ συμβόλων) egerint. Qua de re cum nihil nobis sit traditum neque ob hanc causam affirmare liceat quicquam certi, ad conjecturas nobis refugiendum est.

Cum jam primo societatis decennio magnum Atheniensibus cum sociis intercederet commercium, natura rei poscere videbatur, ut causae, quae oriebantur frequentes, si quis officio ex contractu defuerat, etiam in iis civitatibus, in quibus contractus erat factus, dijudicari possent, quod hac re commercium cum maxime augebatur. Quamobrem Athenienses cum sociis foedera faciebant de causis contractuum sive negotiorum agundis. Sed nulla erat causa, quae Athenienses compelleret, ut etiam de causis κατά τινος agundis, quae erant inter ipsos et socios, pacta cum sociis facerent primo societatis decennio, cum non ita frequentes essent causae illae, ut Atheniensium multum interesset, utrum σύμβολα de ejusmodi causis agundis fierent necne. Quamobrem verisimile est, in causis illis agundis primo societatis decennio valuisse illam legem, quam Hegesippus Atheniensibus et Macedonibus fuisse dicit, Dem. VII, 13: „ἡμεῖς τε τοῖς ἐκεῖ νομίμοις, ἐκεῖνοι τε τοῖς παρ' ἡμῖν τὰς δίκας ἐλάμβανον.“ Postquam autem socii autonomia privati sunt et causas, quae erant inter cives ejusdem civitatis, Athenis agere coeperunt, verisimile est, Athenienses jussisse, etiam causas κατά τινος, quae erant inter ipsos et socios, instrui Athenis; actiones negotiorum, cum jam antea de iis agundis foedera fecissent, eodem modo, atque antea, et Athenis et in sociorum urbibus instruebantur.

Quamobrem cum loci, quibus de δίκαις ἀπὸ συμβόλων agitur, nos doceant, δίκας ἀπὸ συμβόλων fuisse actiones nego-

tiorum (contractuum), neque verisimile sit, Athenienses de aliis causis agundis cum sociis foedera fecisse, hoc mihi demonstrasse videor — quoad fieri potest, memoria de causis illis tam tenui — δίκας ἀπὸ συμβόλων fuisse negotiorum actiones, quae erant inter Athenienses et socios.

§ 13 a.

Schoemannus in libro Att. Proc. p. 775 locos quibus de provocatione ad judicium alius oppidi agitur *), ad δίκας ἀπὸ συμβόλων arbitratur esse referendos. Sed cum probaverimus, in actionibus ἀπὸ συμβόλων provocationem non esse admissam, neque locis ipsis, quibus de provocatione agitur, δίκαι ἀπὸ συμβόλων ullo verbo significentur, haec Schoemanni sententia non est probanda, sed ea, quae de provocatione ad judicium alius civitatis nobis tradita sunt, non ad δίκας ἀπὸ συμβόλων, sed ad alias spectent actiones necesse est **).

§ 14.

Cum demonstraverimus, negotiorum actiones, quae erant inter socios et Athenienses, nomine δικῶν ἀπὸ συμβόλων instructas esse non solum Athenis, sed etiam in sociorum civitatibus, merito ac jure concludendum est, Athenienses sociis (ὑποτελέσι, non αὐτονόμοις) potius id concessisse, ut negotiorum causas, quas ejusdem civitatis sociae cives alter intendebant alteri, in foro sui ipsorum oppidi agerent. Quamobrem Boeckhii sententiae (St. I, 531): „In Privatsachen (bei Prozessen zwischen Bürgern einer und derselben Bundesstadt) war vermuthlich die Summe bestimmt, über welche das

---

*) Pollux VIII, 62, 63: „ἔφεσις δέ ἐστιν, ὅταντις . . . . . ἐφῆ . . . . ἀπὸ δικαστῶν ἐπὶ ξενικὸν δικαστήριον. Etym. Mgn. s. v. ἔκκλητος πόλις: „Ἣν ἂν ἐκκαλῆταί τις εἰς τὸ κρίνεσθαι, δηλονότι τὴν πρώτην οὐ στέργων κρίσιν, ὡς πρὸς ἔχθραν κρίνασαν ἢ πρὸς χάριν. Ἐξῆν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ἐκκαλεῖσθαι πόλιν ἄλλην· τοῖς δὲ πολίταις οὐκέτι." Aeschines c. Timarch. § 89.

**) Sicut in nonnullis causis, quae erant inter ejusdem urbis cives sociae, provocatio permittebatur a judicio sociorum ad judicium Atheniensium.

bundesgenössische Untergericht nicht entscheiden konnte, grössere Geldsachen kamen nach Athen", non assentior; immo verisimile est, omnes negotiorum causas, quae erant inter ejusdem urbis sociae cives, etiamsi ageretur de magna pecunia, in sociorum foris esse instructas, ceteras causas privatas, quae erant inter ejusdem urbis foederatae cives, in Atheniensium foris socios agere debuisse.

§ 15.

De causis, quas civis urbis foederatae (sociorum ὑποτελῶν) intendebat civi alterius, nihil nobis traditum est. Causas capitales, quae erant inter cives duarum urbium sociarum (sc. sociorum ὑποτελῶν), semper instructas esse Athenis ex Antiphontis verbis (περὶ τ. Ἡρωδ. φον. § 47): „ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστι", concludi potest. De reliquis causis, si conjectura licet uti — cum nihil sciamus certi — suspicor, sociis ὑποτελέσι licuisse, omnes negotiorum causas, quae erant inter cives duarum urbium sociarum, quomodo et quibus in foris vellent ipsi, agere; reliquas autem causas privatas, quae erant inter cives duarum urbium sociarum, instructas esse in judicio Atheniensium.

Jam cum dissertationem ad finem perduxerim, restat, ut omnia, quae disputavi, paucis comprehendam.

Sociorum Atheniensium duo erant genera: 1) αὐτονόμων et 2) non αὐτονόμων sive ὑποτελῶν. Socii αὐτόνομοι, quorum numerus jam multis annis ante initium belli Peloponnesiaci ita imminutus erat, ut soli Chii et Lesbii essent αὐτόνομοι, plenam libertatem sibi servaverant, sed Atheniensibus bella gerentibus parere debebant et obedire. Ceteri, qui omnes tributum pendebant et ob hanc causam ὑποτελεῖς appellabantur, socii non αὐτόνομοι erant, i. e. non omnia libertatis jura obtinuerant. Quorum libertatis condicionem spectantibus nobis tria genera sunt distinguenda.

1) Eorum, quorum rempublicam Athenienses suo arbitrio

in popularem statum redegerant (δημοκρατίαν κατέστησαν). Quod ut fieret, magistratus ipsorum in sociorum oppida mittebant, qui ἐπίσκοποι appellabantur. Illi ἐπίσκοποι erant magistratus perennes, atque non solum illo munere fungebantur, ut „democratiam" constituerent, sed etiam praeerant judicum consilio in δίκαις ἀπὸ συμβόλων agundis.

2) Eorum, qui plebis dominationem secundum suum ipsorum arbitrium constitutam servabant. Quorum in civitatibus non erant Atheniensium magistratus.

3) Eorum, quorum in civitatibus paucorum dominatum, qui antea valuerat, Athenienses non everterunt. Etiam in his civitatibus Atheniensium magistratus non erant. Samum hujus generis fuisse oppidum demonstrari potest. Quae urbes sine dubio paucae fuerunt.

Jurisdictio sociorum αὐτόνομων prorsus libera erat. Omnes, quae erant inter cives ejusdem urbis, causas socii αὐτόνομοι in suo ipsorum foro agebant. Quod attinet ad lites, quas socii αὐτόνομοι agebant cum Atheniensibus, verisimile est eos jam primo societatis decennio de actionibus negotiorum agundis cum Atheniensibus fecisse pacta (σύμβολα), ex quibus causas illas agerent, quae δίκαι ἀπὸ συμβόλων appellabantur.

Socii ὑποτελεῖς, quorum pars summa in re publica constituenda utebatur libertate, hac re praecipue legibus suis (autonomia) sunt privati, quod Anthenienses jurisdictionem in multis causis iis ademerunt. Socios ὑποτελεῖς causas majoris momenti, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, agere debuisse Athenis, docet locus Pseudoxenophonteus (d. r. pbl. Ath. I, 16). Ex hac re, quod in loco illo commemoratur, prytanea a sociis in causis agundis soluta esse, concludere non licet, magnam partem causarum privatarum, quae erant inter cives ejusdem urbis sociae, actam esse Athenis, cum Boeckhii sententia: „prytanea in causis privatis solis soluta esse", admitti non possit, immo vero prytanea etiam in causis publicis soluta esse satis verisimile sit. Aliunde autem colligendum est, magnam partem causarum privatarum, quae inter cives ejusdem urbis sociae erant, nempe omnes actiones

negotiorum, non Athenis, sed in foris sociorum instructas esse. Ceteras causas privatas, quae inter cives ejusdem urbis foederatae erant, verisimile est actas esse Athenis.

Causae, quae inter Athenienses et socios ὑποτελεῖς erant, non omnes semper in Atheniensium foris instruebantur. Causae quidem capitales et causae repetundarum, quas socii ὑποτελεῖς Atheniensium ducibus intendebant, semper in Atheniensium foris agebantur; deinde verisimile est, etiam omnes causas κατά τινος, quae inter Athenienses et ipsos oriri possent, socios ὑποτελεῖς agere debuisse Athenis. Negotiorum autem actiones, quae erant inter Athenienses et socios ὑποτελεῖς, non solum Athenis, sed etiam in sociarum civitatum foris nomine δικῶν ἀπὸ συμβόλων eodem modo instruebantur atque eo tempore, quo socii suis legibus utebantur. Illarum δικῶν ἀπὸ συμβόλων haec erat ratio:

1) Δίκαι ἀπὸ συμβόλων erant negotiorum actiones, quae erant primo societatis decennio inter Athenienses et socios αὐτονόμους, deinde, postquam maxima sociorum pars amisit autonomiam, non solum inter Athenienses et socios αὐτονόμους, sed etiam inter Athenienses et socios ὑποτελεῖς sive inter Athenienses singulos et rempublicam foederatam sive inter socios singulos et rempublicam Atheniensem.

2) Δίκαι ἀπὸ συμβόλων instruebantur jure utrique parti aequaliter constituto.

3) Δίκαι ἀπὸ συμβόλων et in Atheniensium et in sociorum foris instruebantur, ea quidem lege, ut actor forum ejus oppidi sequi deberet, in quo contractum esset negotium.

4) In δίκαις ἀπὸ συμβόλων agundis Athenis judicum consilio praeerant thesmothetae, in iis sociorum civitatibus, in quibus erant Atheniensium magistrastus (ἐπίσκοποι), praeerant ἐπίσκοποι illi, in iis sociorum civitatibus, in quibus non erant Atheniensium magistratus, praeerant magistratus sociorum.

5) Provocatio in δίκαις ἀπὸ συμβόλων non erat admissa.

Videmus igitur, Athenienses sociis ὑποτελέσιν in omnibus causis, exceptis actionibus negotiorum, jurisdicundi potestatem ademisse.

Vita.

Natus sum Arthur Fraenkel Dorpati Livonorum anno h. s. altero et quinquegesimo patre Carolo, qui mihi ante hos octo annos morte ereptus est, matre Maria e gente Witte. Fidei addictus sum evangelicae. Decimo aetatis anno traditus sum gymnasio Dorpatensi, ubi et aliorum et patris mei carissimi et viri doctissimi Schroederi, tum gymnasii rectoris, disciplina usus sum fructuosissima. Octo annis post maturitatis testimonium nactus per annum praeceptoris munere functus sum Lyckholmi in domo equitis ab Rosen. Unde Dorpatum reversus a. 1871 mense Januario in numerum civium academicorum receptus sum. Ibi per tria semestria mathematicae et philosophiae operam dedi, deinde per altera tria soli philosophiae. Scholis interfui perpaucis, domi praecipue studiis occupatus, quorum adjutor mihi exstitit benevolentissimus et idem sententiarum mearum acerrimus judex Gustavus Bungius amicus, nunc in Academia Dorpatensi physiologiam docens, cujus maxima in me esse merita grato animo profiteor. Post tres igitur annos Dorpati peractos Lips[iam] me contuli, ibique per sex semestria philologiae strenue o[pe]ram dedi. Audivi viros illustrissimos Arndtium, Ebersi[um], Langium, Lipsium, Mendelsohnium, Ritschelium, Schusteru[m], praecipue autem societatum exercitationibus incubui; sod[alis] enim fui societatis ecclesiasticae Harnackii, societatum La[ngii] et Lipsii antiquariarum, philologarum Hoerschelmanni et Ritschelii, philosophicae Goeringii atque seminarii philologi per duo semestria sodalis fui ordinarius, cujus exercitationibus moderabantur Curtius Langius Ritschelius. In studiis philologis prae ceteris benevole me adjuverunt Hoerschelmannus, Langius, Lipsius, Ritschelius, in studiis philosophicis Goeringius, quibus ob hanc causam gratiam debeo quam maximam.
